obligatio in voto facto ydolo . quia autem
in iuramēto ē duplex rō obligādi. vna eo ꝙ
adducī ṽitatē ī teſtimoniu; ſue aſſertiōis:⁊
hec obligat deo. Alia eo ꝙ pmittit proximo
cui dēt ṽitatē ſeruare ⁊ fidelitatē. dicimus
ꝙ ī iuramēto facto p ydolum nō ē prima rō
obligādi.ſ. debitū ṽitatis ydolo:ſ; ſolū ſcda
.ſ. debitū ṽitatꝭ.quia ydolo nihil dēt homo:
ſ; primo dēt ſeruare ṽitatē.nō ḡ ppter ydo
lū obligat.ſ; ppter primum cui dēt ſeruare
fidē.quia ſe ītendit obligare illi:ſic ille qui
iurat p verum deum.

Secundo queritur qd ſit

peius vel iurare ṽum per falſū deū.ul' falſū
p veru; deū. Ad qd ſic zz.c.q.i. Aug⁹ ad pu
blicolā. Sine vlla dubitatiōe min⁹ malū eſt
p falſos deos iurare ṽaciter.q̄; p ṽum deum
fallaciter . Quāto enī magis ſanctū ē p qd
iuraṫ:tanto magis penale ē piurium. Ergo
pei⁹ ē iurare falſū p ṽū deū q̄; p falſos deos
ṽum. ¶ Cōtra.maius peccatū ē ydolatria q̄;
piuriū. S; q iurat p falſos deos ſiue ṽū ſiue
falſum ē ydolatra.q ṽo falſū iurat p verum
deū peierat ſolū. ḡ peius ē iurare ṽu; p fꝪos
deos q̄; falſu; p ṽum deū. Minor p; p Aug⁹.
p qd quis iurat illud amat ⁊ veneraṫ.ergo
quicūq; iurat p falſos deos amat illos ⁊ ve
neratur:ſ; oīs talis ydolatra ē . ḡ quicunq;
iurat p falſos deos eſt ydolatra. ¶ Solō dō
ꝙ ī iuramēto duo ſūt.ſ.illud qd iuraṫ:⁊ rō
certitudīs. h̄ ē illd p qd iuraṫ . Reſpiciēdo
ḡ ad illud p qd iuraṫ vel aſſeriṫ p iuramen
tū.minus malū ē iurare ṽum p falſos deos.
q̄; falſum p ṽum deū.quia h̄ aſſeriṫ falſum:
qd nō ē. Ibi ve; qd ē. Et ſm̄ h̄ loquiṫ Aug⁹
Cum dicit.min⁹ malū ē ⁊c. Reſpiciēdo autē
ad illud per qd iuratur.quia h̄ iuratur per
deum verū.illic per ydolū. ſic peius eſt per
falſos deos iurare veraciter q̄; iurare p ṽu;
deum mendaciter

Conſequēter que

riṫ de forma iuramēti ptim ɔceſſa
parti ñ cōceſſa:que ē iurare p creaturas. Et
circa h̄ querūtur duo. ¶ Primo an ſit licitū
iurare p creaturas:uel nō. ¶ Scdo qd magis
obligat.vel iuramentum factū p creaturas:
vel per deum.

Quātum ad primum

ſic obꝛ. Aug⁹ ſup illud Mat.5°. Dico vobis
oīo nō iurare.neq; p celū neq; p terrā ⁊c. dic
glo.non penitus iurare phibuit:ſ; occaſione
piurii qd pfectionis ē docuit. ſupple.ſ. cum
dixit. Nō iurare oīo.qd vero ſupſticioſū eſt
reſecauit cū dixit.neq; p celum ⁊c. Iudei enī
p angelos ⁊ ieruſalē iurātes.⁊ per elemēta:
creaturas venerabāṫ . qd vero infirmitatꝭ
ē indulſit:cū dixit.qd autē his habūdantius
ē ⁊c: Ex quo p; quoniā iurare p creaturas eſt
ſupſticioſū.nō ḡ licitū ē iurare p creaturas.
¶ Itē.zz.c.q.i. Pius papa. Si quis p capillū
dei vel p caput iurauerit.vel alio mō contͣ
deū ſuū vſus fuerit. ſi in eccleſiaſtico oꝛdīe
ē deponaṫ. Si laycus anathematizeṫ:⁊ ſi qs
p creaturas iurauerit acerrime caſtigeṫ Si
quis autē talē hoīem nō manifeſtauerit nō ē
dubiū quī diuīa cōdēnatione coherceatur.
Iurare ḡ p creaturas ē tātū crimē ut faciat
depoſitionē vel excoīcationē ⁊ diuinā con
demnationē.ḡ nō ē licitū. ¶ Itē Aug⁹ ī ſer
mone de piurio.cum quis ait p ſalutē mea;:
ſalutē ſuā obligat deo . vel cū dic per filios
meos opignoꝛat illos deo vt eueīat ī caput
illoꝛū qd exiit de oꝛe eius. In oī ḡ iuramēto
aut deus teſtis adhibeṫ : aut creatura deo
obligatur ⁊ opignoꝛaṫ. vt h̄ ſit iurare deū
.ſ. teſtem adhibere. vel deo aliquid opigno
rare. h̄ ē ḡ iurare p quālibet creaturā.ſ. crea
toꝛē ei⁹ teſtē adhibē. ſ; q iurat p creaturam
nō adhibet deū teſtē ſue aſſertionis . ¶ Itē
nō pōt aliquis obligare vl' opignoꝛare crea
turā deo:cū creatura dei ſit. Cū ḡ iurare ſit
vel deū teſtē adhibē. vel deo aliqd opigno
rare . ḡ nō ē licitū iurare p creaturā aliquo
mō. ¶ Itē Mat.5° dr̄. Nolite iurare oio neq;
p celum.quia tron⁹ dei ē ⁊c. Ex quo reliquiṫ
ꝙ nullo mō licitū ē iurare p creaturā. ¶ Itē
iuramētū ē ad teſtificationē aſſertionis.ſed
irrōnabl'e ñ pōt teſtificari.ḡ ñ ɔueīt iurāe
p creaturā irrōnabilē . Contͣ.gen̄.42° dr̄.ꝙ
Ioſeph iurauit p ſalutē Phonis. S; Ioſeph
cōmēdaṫ ī oībus.ḡ licitū ē iurare p creaṫa;
¶ Itē Paul⁹ z° coꝛ.z°. Iurauit p creaturam
cū dixit. Quotidie morioꝛ p gloriā veſtram

fratres. gloriā appellauit illō ꝑ qđ ordinat̄
ad gloriā.ſ.predicationē euāgelii. Jurauit
ḡ ꝑ creaturā.quia ſicut dic̄ Augꝰ ibi. Jura
uit aplus.Si ḡ ipē nō peccauit.ḡ licitum eſt
iurare ꝑ c̄aturā. Itē q̄tidie iurat̄ ī ecclīa ꝑ
beatā virginem: ⁊ ꝑ ſctōs:⁊ per res deo di
catas:ſ; oīa iſta ſūt creature.ḡ ⁊c. ¶Solutio
ſup illud Mat.quīto.Dico vobis nō iurare
oīo.Dic̄ glo.Nō iuremus ꝑ creaturas ut ve
neremur eas vltra q̄ꝫ debemꝰ. Nō iuremꝰ ꝑ
eas vt viles extimemꝰ.vt.ſ.cum ꝑ eas iura
mus niſi iurare exiſtimemꝰ.Ex h̄ habet̄ Rᵒ
quia qui iurat ꝑ creaturā . aut credit aliq̄d
numinis eē ī creatura . aut iurat ꝑ creaturā
ītendēs fraudē ⁊ volēs decipe aliū.qa.ſ.nō
credit iuraſſe.aut iurat ꝑ creaturā ītēdens
ſolū ꝓteſtari ꝙ deꝰ ſit p̄ma ṽitas: et auctor
creature.Si p̄mo mō:iurat ꝑ creaturā.vt.ſ.
credat aliq̄d numinis eē ī ipa:⁊ ītendat ve
nerari creaturā.dō ꝙ peccat peccato ydola
trie.Si aūt ītēdit fraudē : dicimus ꝙ talis
peccat peccato periurii.Si aūt nec intendat
venerari aliqđ numē ī creatura: nec ītēdit
dolū ad ꝓximū:ſ; ſolū intendat proteſtari ꝑ
creaturā:⁊ in ipſa p̄mā ṽitatē venerari.ſic
dicimꝰ ꝙ licitū ē iurare ꝑ creaturā . nec pec
cat qui ſic iurat. Et h̄ ē qđ dic̄ Augꝰ 22ᵃ.c.
.q.i.Deus ꝑ creaturas iurare ꝓhibuit:ne vł
more gētiliū aliqđ numen deitatis c̄aturis
īeſſe crederemꝰ.vel ne creaturas cōtēptibi
les:iudicando ꝑ eas ꝓmiſſa ꝑ nichilo duce
ceremꝰ.Quidā tamē dicūt ꝙ nō licitum ſit
iurare ꝑ oēs creat̄as ſic̄ dcm̄ ē.q̄ diſtīguūt
ꝙ quedā ſunt creature deo dicate:⁊ ad cul
tū diuinū mācipate.vt relīqe ſanctorum:et
euāgeliū.⁊ ꝑ has ē licitū vt dicūt iurare. ꝑ
alias aūt que nō ſūt hiꝰ nō ē licitū. ⁊ h̄ ē vt
dicūt.quia alie nō admittūtur ī ſolēni iura
mēto:ſ; iſte ſolū. tamē ſicut dicit Augꝰ cōtī
git iurare ꝑ quālibet creaturā. Vñ ſup illđ
Ro.i.Teſtis ē mihi deus. dic̄ ipē ī glo. Qui
ꝑ lapidem iurat fłm piurus ē:⁊ conſtat ꝙ h̄
nō eēt niſi tale iuramētū obligatoriū eēt. ñ
autē obligaret niſi ꝑ creaturā talem iurare
cōtingeret. ¶Ad p̄mū qđ obiciebat̄ ī cōtra
riū dō.ꝙ ꝓhibitū ē h̄ mō iurare ꝑ c̄aturas.
ne.ſ.in iuratione eas veneremur.vel ꝑ eas
dolū vel fraudē intēdamꝰ:ſ; nō ꝙ ī iuramē
to facto ꝑ creaturā:creatorē deuꝫ auctorem
creature ꝓteſtemur:⁊ ipm̄ in creatura uene
remur. ¶Ad ſcđꝫ dō.ꝙ canon loquit̄ cont̄
quoſdā qui credebāt deū ſcđm diuinitateꝫ

habere capillos ⁊ caput.⁊ tales ꝓprie ſunt
blaſphemii. ¶Ad tertiū dō. ꝙ iuramētum
duplex ē.quoddā ē aſſertoriū.quoddā vero
ē īprecatoriū. Juramētū īprecatoriū eſt cum
aliquis ſibi īprecat̄ penā niſi ita faciat ſic̄
ꝓmittit. Et dicit Augꝰ ī ſermone de ꝑiurio
ꝙ forma vel rō talis iuramēti ē talis . ꝑ ſalu
tē meā ⁊ filios meos.vnde dicit.cū quis ait
ꝑ ſalutē meā ſalutē ſuā obligat deo.vel cuꝫ
dicit.ꝑ filios meos opignorat eos deo vt h̄
eueniat ī caput eorū: qđ exit de ore ipſius.et
illud ē iuramentū de re futura ⁊ ꝓmiſſoriū
Juramētū aūt aſſertoriū ē de re preſenti vł
p̄terita.cū ḡ aſſertorie iurat̄ ꝑ creaturā:ipa
creatura nō adducit̄ vt teſtis : imo deus q
ē auctor creature.vnde in canone.22ᵃ.c.q.i.
Sciendum eſt ꝙ ſancti non tam per creatu
ras q̄ꝫ per creatorem creaturarum iurabāt :
nec in creaturis aliud q̄ꝫ creatorem ipſarū
venerabātur:ſicut Joſeph:qui ꝑ Ph̄onem
iurādo.h̄ in eo veneratꝰ ē ꝙ dei iudicio po
ſitus erat ī īfimis . vnde aplus.Ro.13°. oīs
poteſtas a deo ē.⁊ ſilr ad h̄ idē ponit aucto
ritatē ī ſermone de periurio.vbi dicit ꝙ in
omni iuratione.aut deus teſtis adhibetur
aut creatura deo obligat̄:⁊ opignorat̄ . vt
.ſ.h̄ ſit iurare deū.ſ.teſtē adhibē:vł deo ali
q̄d opignorāe.h̄ ē ḡ iurāe ꝑ q̄libꝫ c̄aturā.ſ.
creatorē eiꝰ teſtē adhibē. ¶Itē Augꝰ ī glo.
ſup illud Ro.i.Teſtis ē mihi deus.dicit qui
ꝑ lapidē iurat falſum piurus ē. quia c̄atoreꝫ
deū adhibet teſtē. Sicut ḡ ī adoratione vi
demus ꝙ veneratio facta creature ſemper
refert̄ ad ꝓthotipū.i. ad exemplar vt dicit
Jo.damꝰ.Sicut veneratio crucis refert̄ ad
ipm̄ crucifixū.ita dicimꝰ ꝙ teſtificatio fcā
in iuramēto ꝑ creaturas: vt ꝑ ſactos refert̄
ad ipꝫ auctorē oīm:⁊ iuratō fcā ꝑ crucē rfer
tur ad ipꝫ cuius ē crux.Jurare ḡ ꝑ creaturā
ē creatorē eiꝰ teſtē ṽitatꝭ adducē. ¶Ad illđ
ſcđo qđ obicit ꝙ nullus pōt creaturā deo obli
gare dō.ꝙ ille qui iurat ꝑ creaturā nō obli
gat vel opignorat illā deo . Sꝫ bonū qđ ex
creatura ꝑcipit deo obligat ⁊ opignorat.ut
.ſ.in illo bono puniat̄ niſi eueniat pro quo
iurat.⁊ h̄ vult dicē Augꝰ. cū dicit Cū quis
iurat ꝑ filios ſuos.vł ꝑ ſalutē ſuā opignorat
hoc deo.i.bonū ſuū qđ habet ⁊ ꝑcipit ī illis
quia qui iurat ꝑ filios ſuos iurat ꝑ creaturā
ī qua habet conſolationē. ⁊ ita bonū ꝑcipit
ex ea.non ḡ obligat creaturaꝫ deo ꝓprie ſed
bonū ſuū . Ex h̄ pꝫ ſolutio ad illā rationem

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

que ē .ꝙ irrōnabilia nō poſſūt teſtificari: ñ eniꝫ creatura teſtificatᷣ qñ per ipāꝫ iuratur imo deus qui eſt creator ipſius creature: ad ipꝫ teſtificatō refertᷣ. alioqn ñ eēt iuramētū ¶ Ad quartū ſilr patet ſolo. nam prohibuit dñs iurare ꝑ creaturas: ne. ſ. diuinū numen in eis venerarētᷣ hoīes. vel ne dolū iurādo ꝑ eas ītēderēt. Et h̄ ē qꝺ dicit Jero. iudeis. quaſi puulis conceſſū fuit iurare ꝑ creatorē. ꝓceptū vt ſi iurare cōtigeret nō niſi ꝑ creatorē iurarēt: nō ꝑ creaturā. quia iurantes ꝑ angelos ⁊ elemēta creaturas venerabātur honore. et meli⁹ erat h̄ exhiberi deo ꝙ̄ creaturis. Infirmis ḡ illud ꝓhibuit. Sanctis ꝯo qui ī creaturis creatorē venerabātᷣ tātū nō ꝓhibuit. Vñ Joſeph ꝑ ſalutē Phonis iurādo h̄ dei iudicio in eo veneratus ē q̄ poſit⁹ erat ī īfimis. xp̄s ꝯo ꝑ creaturas ita iurāe ꝓhibuit: ne uel aliqꝺ diuinū ī eis crederetᷣ: ꝓ q̄ reuerētia eis deberetᷣ: vel ne ꝑ eas iurātes falſū homines ſe iuramento teneri non putarent.

Poſt modum queri

tur qꝺ iuramētū magis obligat. uel qꝺ fit ꝑ creatorē. vel qꝺ fit ꝑ creaturas. Ad qꝺ ſic Aug⁹ ad publicolam. Et ī canone zz^e .c.q.i. Quāto ꝑ qꝺ iuratᷣ magis ſāctū ē. tanto magis ē penale piuriū. Sꝫ magis ē ſāctus imo ī infinitū ē ſanctior de⁹ ꝙ̄ creatura. Ergo magis ē penale piuriū: quādo iuratᷣ falſum per deum: ꝙ̄ quando iuratur falſum per creaturam. Sꝫ nō ē magis penale piuriū: niſi qa magis obligat iuramentū. ḡ magis obligat iuramētū factū ꝑ deū ꝙ̄ ꝑ creaturā. Cōtra zz^e .c.q.i. Duplr reus eſt qui ꝑ creaturas iurat mēdaciter. qui ⁊ cōtᷣ ꝓhibitionē iurat ꝑ qꝺ ſibi iurare nō lꝫ: a q̄ peccato ē īmunis: qui non niſi ꝑ creatorē iurat ⁊ ꝓximū dolo capit: qꝺ facit etiā ꝑ creatorē mēdaciter iurās. Si ḡ duplex ē reatus ī illo q iurat fīm ꝑ creaturā: a quoꝝ vno imunis ē qui iurat falſū ꝑ creatorē. graui⁹ ē piuriū factum per creaturā ꝙ̄ factū ꝑ creatorē. Sꝫ nō ē graui⁹ piuriū: niſi quia magis obligat iuramētum Ergo ⁊c. ¶ Itē ille qui iurat ꝑ creaturaꝫ nō iurat ꝑ ipāꝫ ſolā. Sꝫ ēt ꝑ eius creatorē deuꝫ. Ille eñ q iurat ꝑ creaturā deū auctorē illi⁹ creature teſtē īuocat. Sꝫ maior ē cōtemptus ī illo qui cōtempnit creaturā ⁊ creatorē ꝙ̄ ī illo qui ſolū alterū contemnit. Cuꝫ ḡ omnis piurās contemnat illud ꝑ qꝺ iurat: maius ē piuriū vnde contemnitᷣ de⁹ ⁊ creatura. ꝙ̄ vnde contemnitᷣ de⁹ ſol⁹. graui⁹ ē ḡ piuriū factū ꝑ creaturā ꝙ̄ ꝑ deū. ¶ Iteꝫ ad ſolēnitatē iuramenti additᷣ iuramētū ꝑ creatᷣas quia aſportātur reliquie ſāctoꝝ ⁊ euāgeliū: ꝑ que iuratᷣ ſolēniter. Sꝫ iuramētū ſolenne magis obligat. Si ḡ illud fit per creaturas iuramētū ꝑ creaturas maxīe obligat. ¶ Iuxᷣ h̄ queritᷣ. vnde h̄ ē: ꝙ violatio iuramēti ſolennis facit irregularē. ꝓpter h̄ euī videtᷣ ꝙ ipm̄ maxīe ligat. ¶ Solo dꝺ: ꝙ grauius ⁊ forti⁹ ē iuramētū factū ꝑ deū ꝙ̄ ꝑ c̄aturas: ⁊ magis obligat ſm̄ ꝙ dicᷣ Aug⁹. in canone zz^e .c.q.i. Si tāto magis piurium penale eſt quāto ſācti⁹ ē illud ꝑ qꝺ iuratᷣ. Apparet ꝙ ⁊ ſi ꝑ creaturā mēdacitᷣ iurās duplr peccet. grauiori tamē ſe ſbicitᷣ pene: qui ꝑ c̄atorem iurat mēdaciter. Et iterū Jo. criſo⁹. ultima di. z^o ſmarū h̄ confirmat. Si q̄ cauſa fuerit modicū videbitᷣ facē q iurat ꝑ deū. Qui ꝯo iurat ꝑ euāgeliū: maius aliqd feciſſe videtᷣ. ita opponit ipſe ſcd̄m quoſdā: ſꝫ poſt rñdet dicēs. qb⁹ dꝺ ē: ſtulti ſcriptᷣe ꝓptᷣ deū facte ſūt: ñ de⁹ ꝓptᷣ ſcriptᷣas. Ita c̄ature facte ſūt ꝓptᷣ dm̄. Ex q̄ vult hr̄e ꝙ mai⁹ ē iurāe ꝑ dm̄ ꝙ̄ ꝑ creaturas. ¶ Ad illud qꝺ ꝓmo obicit. ꝙ duplr reus ē qui ꝑ creaturā iurat mēdacitᷣ. dꝺ. ꝙ h̄ nō dr̄ de quocūꝙ iurāte ꝑ c̄aturaꝫ: ſꝫ de illo qui in illo iuramēto c̄aturā intēdit venerari tāꝙ̄ habētē aliqd diuinū in ſe. et qui etiaꝫ cū h̄ ꝓximū dolo capit. ⁊ iō dicit canon: ꝙ iurat ꝑ qꝺ nō ē iurādū. tūc enī iuratᷣ ꝑ qꝺ nō licet. qñ iuratᷣ ꝑ creaturā venerādo ipām tāꝙ̄ diuinā. ¶ Ad illꝺ qꝺ ſcꝺo obr̄ dꝺ. ꝙ bōitas creatoris vt ī ſe ē excedit ī infinitū bonitatē ei⁹ put habet eē ī c̄atᷣa Vñ pſal. Confeſſio ei⁹. i. laus ei⁹ ſup celū et terrā. i. pluſꝙ̄ de ipā in creaturis appareat. Ideo ſancti⁹ eſt cū iuratᷣ ꝑ creatorē ī ſe ꝙ̄ ꝑ creatorē ī creatura: ⁊ fortius ē iuramētum. ¶ Ad z^m dꝺ: qꝺ obr̄. ꝙ iuramētū ꝑ c̄aturas additᷣ ad ſolēnitatē dicēdo. ꝙ cōpādo ſimplicē formā iuramēti ſiplicī plus ē h̄ ꝙ̄ illꝺ. Sꝫ cōpando iuramētū factū ꝑ deū: ⁊ cum h̄ addito iuramēto ꝑ creaturā ad iuramentū factū ꝑ ſolū deum: bene concedo ꝙ plus eſt illud ꝙ̄ iſtud. Quāto enī creſcūt plus ſolennitates: vt cū iuratᷣ ꝑ crucē: reliquias: ⁊ euāgelia. tanto magis mai⁹ ē iuramētū: non tñ ē maius iuramētū ꝑ creaturā ī ſe: ꝙ̄ c̄atorē: imo ecōuerſo. licet maius ſit iuramētum et ſolēnius collectū ex iuramēto ꝑ deum ⁊ per

creaturã. ꝙ̄ iuramẽtũ factũ ꝑ deum ſolum.
¶ Ad queſtionẽ vltĩo factã dñ. ꝙ violatio
iuramẽti ſolẽnis: facit irregularẽ rõne infa
mie. Infamia enĩ facit irregularẽ. Oportet
enĩ eũ qui debet ad ſacros ordines accedẽ:
habẽ bonã famã cõmunem. Vñ aplus. i. ad
Thi. 3° dicit. ꝙ oportʒ ordinãdos maxime in
ꝑlatiõe hr̃e bonũ teſtimoniũ ab his q foris
ſũt. et de diaconib⁹ dicit ibidẽ. ꝙ ſit nullũ
crimẽ habẽtes ⁊ ad Thi. ꝓ ꝑcipit ipe aplus
Tyto vt cõſtituat preſbyteros ⁊ diſponat
quales debent eẽ: quoniã ſine crimĩe debẽt
eẽ. rõe ğ infamie euenit illa irregularitas.

Deinde queritur

de comitib⁹ iuramẽti ⁊ obligatiõe.
ponunt aũt tres comites. ſ. iuſticia ṽitas et
iudiciuʒ ſeu diſcretio. Et h̃ dicit Jero. ſup
Jere. 4°. ⁊ 22ª. c. q. 2ª habet h̃. Aĩaduertẽdũ ẽ
ꝙ iuſiurãdũ hos habeat comites. ṽit̃ ⁊ẽ. iudi
ciũ ⁊ iuſticiã. ¶ Pro ğ q̃rit de comite iuſti͡c.
¶ Scdõ de comite iudicii. ¶ Tertio de co
mite ṽitatis. ¶ Quarto an poſitis iſtis vni
uerſaliter ſit obligatoriũ iuramentũ.

Circa primum queri

tur. vtrũ ſi deſit iuſticia ſit obligatoriũ iu
ramẽtũ. ¶ Ad qđ ſic 22ª. c. q. 3ª. Aug⁹ in ſer
mone de decollatione Jo. bap. Jurauit temẽ
Dauid: ſʒ ñ ĩpleuit iurationẽ maiori pietate
duct⁹. Ecce Dauid ſãctus. iuramẽto quidẽ
aſtrict⁹ nõ fudit ſãguinẽ hoĩs. ſ. ipi⁹ Nabal
de cui⁹ ſãguĩs effuſiõe iurauerat. Sʒ eũ fiīn
iuraſſe negare quis poterit? Ecce ĩ illo iura
mẽto quo iurauit Dauid occidẽ Nabal: non
erat iuſticia: ⁊ ꝓpter h̃ nõ ĩpleuit. Sʒ Dauid
ſanctus ẽ ⁊ in h̃ cõmẽdat. ğ bene fec̃. Ergo
nõ tenet hõ ad iuramẽtũ illicitũ: ſeu in quo
deficit iuſticia implendũ. Tale ğ iuramentuʒ
nõ ẽ obligatoriũ. ¶ Itẽ canõ Jſidori 22ª. c.
. q. 4ª. In male promiſſis reſcinde fidem. In
turpi voto muta decretũ. qđ ĩcaute vouiſti
ne facias. Impia ğ ẽ ꝓmiſſio que ſcelere adĩ
pletur. ꝓmiſſio ğ facta de ĩiuſto nõ obligat
Juramẽtũ ğ ĩ quo deficit iuſticia nõ ẽ obli
gatoriũ. ¶ Cõt̃ Joſue iurauit pacẽ cũ gabao
nitis: ⁊ ꝙ nõ occideret eos. ix. Joſue. Sʒ illđ
iuramẽtũ fuit ĩiuſtũ. quia oẽ iuramẽtũ in q̃
iurat cõtra dei ꝑceptum ẽ ĩiuſtũ. ğ iurauit
ĩiuſte. Q̃ iurauerit contra dei ꝑceptum pʒ.
qa dñs ꝑceperat illi: ꝙ occideret oẽs habi
tatores terre ꝓmiſſiõis: ne ĩterficerẽt filios

yſrael. ſicut habet deut. 6°. Ipe aũt iurauit
cõtrariũ gabaonitis qui ſimulauerũt ſe ve
nire de terra lõgĩqua. ⁊ tamẽ erãt de terra
ꝓmiſſionis. ğ iurauit cõtra ꝑceptũ dei. Fuit
ğ ĩiuſtũ iuramẽtũ. Sʒ ipe iuramẽto iſto obli
gabat. ğ iuramẽtũ ĩ q̃ deeſt iuſticia eſt obli
gatoriũ. Q̃ aũt obligaret iſto iuramento pʒ
22ª. c. q. 4ª. Ambroſi⁹ ĩ li. de officiis loquens
de iuramẽto facto Joſue gabaonit̃. Jeſ⁹ tñ
pacẽ quã dederat reuocãdã ñ cenſuit. quia
firmata erat ſacramẽti religiõe. ne duʒ alie
nã ꝑ fidẽ redargueret: ſuã fidẽ ſolueret. ſol
uiſſet igit̃ ſuã fidẽ: ſi ñ tenuiſſet qđ iuraue
rat. illud ğ iuramẽtũ ipm obligauerat. ¶ Itẽ
Gran⁹ 22ª. c. q. 4ª. Alñ iuramẽto deẽ iuſticia
velut cũ quiſpiã poſt votũ caſtitatis ducit
vxorẽ iuramẽto firmãs nũq̃ ab ea ſe diſceſ
ſurũ: qđ quãuis illicitũ ſit. quia iuſti͡ᵃ ꝓbat
ſibi deeſſe. tñ auctoritate Aug⁹ ꝑcipit ſer
uari. Ex quo pʒ ꝙ iuramẽtũ illicitum in quo
deeſt iuſticia ẽ obligatoriũ. ¶ Sʒ cõt̃ primã
rõnem que ẽ de gabaonitis obr̃ quia videt
ꝙ iuramentũ qđ fecit gabaonitis Joſue non
obligauit euʒ Ro. 13°. Oĩs aĩa poteſtatibus
ſublimioribus ſubdita ſit. Ex quo accipitur ꝙ
factũ ĩferioris nõ ſoluit mãdatũ ſuperiorũ
ğ nec iuramẽtũ Joſue ſoluit mãdatũ dei de
interfectione gabaonitarũ. ğ ſi non ĩterfec̃
eos peccauit. Juramẽtũ ğ ſuũ ñ obligabat
eum. ¶ Silr̃ obr̃ cõtra illud qđ dicit de auc
toritate grãni. quia videt ꝙ ille qui prius
vouit caſtitatẽ: ⁊ poſt iurat contrahẽ ſe ma
trimoniũ cũ aliqua. ⁊ cũ ea permãſuꝝ non
obligat illo iuramẽto. ꝑs. Vouete ⁊ reddite
Si ğ prius vouit caſtitatem ꝙ̄ iurauerit cõ
trahẽ matrimonium tenet reddẽ ⁊ implere
votũ. Juramẽtũ ğ ſequens nõ ſoluit votum
ꝑcedens. ¶ Itẽ obr̃ nam dic̃ Aug⁹. ꝙ mere
trix iurans ſe ſeruaturã fidem ſuo lecatori.
iurando ⁊ adherendo ſuo lecatori mala eſt:
peior autẽ iuramẽtũ nõ obſeruando. ğ iura
mẽtũ illicitũ obligat. ¶ Item dicit Aug⁹ ꝙ
raptor q iurat ſe diuiſuruʒ ſpolia cũ aliquo
magis peccat: ſi totũ r̃tineat: ꝙ̄ ſi diuidat.
ğ ⁊c. ¶ Solõ dñ ſm qđ dr̃ 22ª. c. q. 4ª. aucto
ritate Bede ſup Mat. Si forte nos ĩcautius
iurare cõtigerit: ⁊ obſeruatũ iuramentũ in
peiorẽ ṽgat exitũ. libere illud ſalubriori con
ſilio mutandũ nouerim⁹: ac magis inſtãte
neceſſitate peierãdũ vobis: ꝙ̄ pro vitando
ꝑiurio in aliud crimen grauĩ⁹ eẽ ṽtendum.
Deniq̃ iurauit Dauid per deum occidere

Nabal. Sꝫ ad ꝑmā īterceſſionē Abigail pru
dēt' feſe: mox remiſit minas reuocauit enſē:
nec aliqd culpe ſe pro tali piurio cōtraxiſſe
voluit. ſcḋꝫ h̄ ḡ dō ꝙ cū iurat aliqd īiuſtū
ī cui⁹. ſ. executiōe īiuſticia ē: nulla eſt obliga
tio. ¶ Ad ꝑmū ḡ qḋ obī de iuramēto Joſue
gabaonitis diſtīguendū: ꝙ aliqd ē īiuſtum
quia ꝓhibitū. aliquid ꝓhibitū quia īiuſtū
ꝓhibitū ga-īiuſtū ē: qḋ de ſua natura vici
oſū ē vt adulteriū ⁊ fornicatio. Juramentū
aūt de talibus faciendis nullo mō ē obliga
toriū: ⁊ h̄ quia deeſt comes iuramēti: qḋ eſt
iuſticia. Jniuſtum ꝯo quia ꝓhibitū: qḋ de ſe
erat licitū. Sꝫ ex ꝓhibitiōe factū ē illicitum
vt Ade cōmedere de ligno ſciētie. Cum aūt
iuramētū fit de talibus diſtinguendū. quia
aut iurando ſic ſeruat intentio ꝓhibentis:
aut iuratur cōtra intētionē ꝓhibētis. Si cō
tra intētionē nō ē obligatoriū: nec licitū ga
deeſt comes iuramēti iuſticia. Si ꝯo ſeruat
ītētio licitū ē et obligatoriū quale fuit iura
mētū Joſue factū Gabaonitis. Jurando ei
cū eis fedus ⁊ nō īterficiēdo: ſeruauit intē
tionē diuine ꝓhibitionis. Nā ītentio ꝓhibi
tionis: que habet deut 7°. Ubi precipitur ꝙ
occiderēt habitatores terre ꝓmiſſiōis fuit:
ne ſi dimitterent viuētes īterficerēt filios
yſrael ⁊ auerterēt a diuino cultu. vbi dicit
Percuties eos vſqꝫ ad interitiōeꝫ: nō ini
bis cuꝫ eis fedus. ⁊ ſequitur. nec filiā illius
accipies filio tuo. quia ſeducet filium tuum
ne ſequat me. Dō ḡ ꝓut dicit Ambro⁹ in li.
de officiis. Mulctauit eos Joſue meliori mor
te. ſ. obſequio miniſterii vt eſſet clementior
ſentētia: ſ diuturna. Licet ḡ nō eſſet occiſi
morte nāli que ē ī ſeparatiōe aīe: a corpore.
Sūt tamē occiſi: morte legali: que ē ſeruit⁹.
Seruitus enī ē mors interꝑtatā. ¶ Jnꝑtat
enī mors ſcḋm leges ſeruata ītētiōe ꝓhibi
tionis diuine. quia neminē poſſūt cōrumpē
ſeruituti additi. ¶ Ad ſcḋm ꝯo qḋ obī de
auctoritate Gratiani. de iurāte poſt votum
caſtitatis: ⁊ ducēte vxorē. Diſtiguēdū inter
votū caſtitatis ſimplex. ⁊ ſolenne. Nā ſi ſo
lenne: īpedit matrimoniū cōtrahēdū: ⁊ di
rimit cōtractū: ⁊ euacuat iuramētū. Si ſim
plex impedit cōtrahēdū: ſ nō dirrimit con
tractū. vnde illud qḋ dicit Gran⁹ de illo q
poſt votuꝫ caſtitatis ducit vxorē iurans ſe
nūqꝫ ab ea diſceſſurū. qḋ iuramētuꝫ ſeruari
ꝑcipitur. Jntelligēdū ꝙ h̄ nō ē rōe vinculi
iuramēti. Sꝫ rōe vinculi matrimonii: qḋ nō
dirimit ſimplex votuꝫ: ⁊ ita ꝑ accidēs. ¶ Ad
3m dō ꝙ iuramētū meretricꝫ ꝑti ē licitū: ꝑti ē
illicitū. Cū. n. iurat ſe ſuaturā fidē lecatori.
iurat ſe adherē illi ⁊ nō alii. quātū ad h̄ qḋ
ē adherē illi illicitū eſt nec obligat. quātum
ad h̄ qḋ ē nō adherē alii licitū ē ⁊ obligat.
vnde trāſgrediendo peierat. Eodē mō dō
de illo qui iurat ſe diuiſurū ſpolia iurat ſe
retenturū partē. ⁊ quātū ad h̄ illicitum eſt:
⁊ nō obligat. ⁊ iurat ñ retinē totū. ⁊ quātū
ad h̄ licitū ē ⁊ obligat. nullū ḡ iuramentuꝫ
ī quātū ē de illicito et iniuſto ē obligatoriū.

Deinde queritur de

comite iuramēti qḋ ē iudiciū. Circa qḋ q̄rit
de illo qui iurat ſe nūqꝫ intraturū rligionē.
Nā ꝯſtans ē ꝙ iſte indiſcrete iurat. vtrum
tali iuramēto obliget. ¶ Ad qḋ ſic 22a. c. q.
4a. Gran⁹. Si aliqs a parētibus coactus: vt
tonſurā clericat⁹ vel religiōis habitū ſuſci
piat: ſe neutrū facturū iuramēto firmauerit
h̄ quāuis aliquibus videat reprehenſibile.
quia opus caritatis iuramēto nō facturū ſe
ꝓmiſit. nulla tamē auctoritate ſeruari ꝓhi
bet. quia ⁊ ſi nūqꝫ clericatus tonſurā vl' reli
gionis veſtē ſuſcipiat. nō tamē iō min⁹ ſalu
tē ꝓmereri valet. Ex quo arguit ſi nulla au
ctoritate h̄ iuramētū ſeruari ꝓhibet. ḡ hoc
iuramētū obligat. Ergo ſi religionē intrat
peierat. ¶ Jtē ponam⁹ ꝙ h̄ ex h̄ ꝙ cognoſcat
ſuā infirmitatē. ⁊ credat ꝙ ſic̄ de Loth dr̄
geñ. xix. facilius ſaluabit in ſegor. i. in ꝑnīa
ꝑua: ꝙ in mōte religiōis iuret ſe nō intrar
religionē. Cōſtat ꝙ iurat licitū: ⁊ cū iudicō
ſicut videt ḡ obligat. Cōtra quicūqꝫ iurat
ſe non facturum aliquid quo expeditior ſibi
via preparat ad beatitudinē iurat cōt aīe
ſalutē. Sꝫ nō pōt hō ſe obligare ad hec q̄ ſūt
cōtra aīe ſalutē. cū ḡ nō ītrare religionē ſit
tale: nullus poterit ad h̄ iuramēto ſe obliga
re. ¶ Jtē ſi dicat ꝙ nō ē cōtra ſalutē aīe. qa
ſine h̄ ē ſalus. ¶ Ad h̄ obī ꝙ nullū iuramē
tū cōtra cōſiliū dei pōt obligare: ſ iſtō ē tle
ḡ non pōt obligare. ¶ Solō ſcḋꝫ qḋ dr̄ 22a.
c. q. 4a. Q iuramētū illicitū multiplr̄ ītelli
git. Eſt enim illicitū ex eo ꝙ iurat. alqñ ex
mō iurandi. Aliqñ ex cā extra veniente. Ex
eo ꝙ iurat tūc illicitū ē quādo id qḋ iurat
in ſui natura vicioſum ē. vel vitaꝫ adimēs
vt adulteriū ⁊ homicidiū et his ſimilia. vl'
reparari non ꝑmittens veluti cum inimico
ad pacem non redire. indigēti miſericordiā

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

nō ſubuenire: iſta quia pſpicuā hñt in ſe ĩiuſticiā ſi iuramēto firmet̃ ſuari nō debēt ¶ Ex mō ꝟo iurādi: illicitū iuramentū eſt qñ incōſiderate ⁊ incircūſpecte aliquid iurat̃: quo nec corpalis: nec ſpiritualis ſalus adimit̃: ⁊ ſine quo vtraq; ſalus repari: ⁊ vita ꝯſeruari valet: veluti cū aliquis iurat ſe nō intraturū religionē. ¶ Ex cauſis ꝟo exuenientib⁹ illicitū iuramētū eſt. veluti cū aliquis p⁹ votū caſtitatis iurat alicui ſe habiturū eā in ꝯiugem. ꝯiugem nāq; habere in ſe ipo malū non eſt: ⁊ tñ huic ex voto pniciosū eſt. ¶ In his duob⁹ caſib⁹ dic̃ Gratian⁹. ꝙ iuramētū: ⁊ ſi illicitū ſit: tamē ſuari nō ꝓhibet̃. Tñ doc. in hac parte corrigūt Gratianū. Uñ de illo qui poſt votum caſtitatis iurat alicui ſe habiturū eā in cōiugem. ſi ſimplex fuerit votū p⁹ ꝯtractum matrimoniū. rōne matrimonii iuramētum ſuare nō ꝓhibet̃. Si autē nō fuerit ꝯtractū: iuramētū ſuare ꝓhibet̃ ex hoc ꝙ dicit Uouete ⁊ reddite. ¶ Ad illud ꝟo qđ dicit de iurāte. ꝙ nō intrabit religionē dicunt quia ⁊ ſicut iuramētū ſuare nō ꝓhibetur ita etiā nec iuramētū ſuare ꝑcipit̃. Unde tale iuramētū nō obligat: quia cū ſit factū in detrimētū caritatis: ꝯfuit iuramēto iudiciū. ¶ Ad illud ꝟo qđ obicit. ꝙ tale iuramētum eſt licitū. diſtinguēdū ꝙ licitum duob⁹ modis eſt. Eſt enĩ licitū expediens ⁊ licitū nō expediens. 1ª ad Cor. 6°. Oīa mihi licēt: ſ; nō oīa expediūt. Licitū expediēs ē qđ hoīe; ꝓmouet ad meli⁹. Licitū ⁊ nō expediēs qđ ĩpedit ꝓmotōe; ad meli⁹. Iuramtū de licito ⁊ expedienti: ē obligatoriū. Iuramētū de licito: ſ; nō expedienti nō eſt obligatoriū: quale eſt iuramētū de nō intrando religionē. Uñ ſm regulā Bede nō ē obſuandū. ¶ Oē enĩ iuramētū qđ obſuatum in deteriorē ꝟgit exitum libere ſalubriori ꝯſilio mutandū eſt.

Deinde queritur de comite iuramēti qui eſt veritas. Querit̃ g̃ ſi in iuramēto deſiit ꝟitas. vt in illo q iurat in dolo vtrū obliget. Ad qđ ſic. Periuriū nō ē obligatoriū. Sꝫ iuramētū qđ fit abſq; ꝟitate eſt piuriū. ergo nō eſt obligatorium Q aūt tale piuriū ſit tale iuramentū. Probat̃ multis modis. primo auctoritate Aug. ſup pſalm. Dñi eſt terra. In dolo iurat qui alr factur⁹ eſt ꝙ̃ ꝑmittat. cum piuriū ſit nequit decipe credētes. ¶ Itē Iero. ſup Iere. Qui falſū iurat mētit̃. Mētiēdo aūt iurare nihil aliđ eſt ꝙ̃ piurare. g̃ cū ſic iurare ſit piurare nō vr̃ obligare. ¶ Con. Iſidor. Quacūq; arte ꝟboꝝ quis iurat. de⁹ ita accipit ſicut ille cui iurat̃ intelligit. Cū g̃ ille cui iurat̃ ĩtelligat iurantē in dolo obligari obligat̃. Preterea ſi tale iuramētū non obligaret ex dolo reportaret lucꝝ. Dol⁹ aūt nemini dꝫ patrocinari. Relinquit̃ igit̃ ꝙ ꝗuis ꝟitas deſiit cū iuramēto. nihiloīnus eſt obligatoriū. ¶ Itē querit̃ que ſit rō ꝙ exigant̃ tres comites in iurādo iuſticia iudiciū ⁊ ꝟitas. ¶ Ad pmū dđ. ꝙ iuramētū ſit duplex. aſſertoriū ⁊ ꝓmiſſoriū. Aſſertoriū iuramētū ē: qñ iurat̃ de pñti aliqđ eſſe vel nō eſſe. vel de p̄terito aliqđ fuiſſe vel nō fuiſſe. Promiſſoriū ꝟo cū iurat aliquis de futuro ſe facturū aliqđ vel nō facturū Cum aūt querit̃ de obligatione iuramenti dꝫ referri ad ꝓmiſſoriū rōne cui⁹ tenet̃ iurans ad aliquid faciendū. vel nō faciendū in futuro. ¶ Iuramētū g̃ aſſertoriū: cū deeſt ꝟitas non obligat ad aliquid agendū. nec alio mō niſi obligatione reat⁹. ¶ Cū obr̃ g̃ de iurante in dolo. referendū eſt ad ꝓmiſſoriū: tñ diſtinguēdū. ¶ Ad illud qđ obicit periurium non obligat. ꝙ piurium aliqñ dicitur falſi iuratio. aliqñ ꝑuerſa iuratō qñ. ſ. iurat̃ illicitū. aliqñ ꝟo tñſgreſſio iuramēti. ¶ Itē falſa iuratio dr̃ duob⁹ mōis ſ. falſitate iurantis: vel ei⁹ qđ iuratur. Hic aūt accipit̃ falſa iuratio ꝓ falſitate iurantis que eſt duplex in aſſerendo ⁊ in ꝓmittēdo. In aſſerendo falſa iuratiō nō obligat niſi in obligōe reat⁹. In ꝓmittēdo falſa iuratio obligat ad executionē ꝓmiſſi: dūmō ſit licitū ⁊ expediēs. Peruerſa ꝟo iuratio cū. ſ. iurat̃ illicitū quo obliget. ⁊ quo nō. dictū eſt ꝑ̄us. Trāſgreſſio ꝟo iuramēti nō dr̃ obligare: niſi obligatione reat⁹: quo dicit̃ ꝓpꝛe ꝑiuriū. Aliis ꝟo modis dr̃ piurium ĩterp̄tatiue. Cū g̃ dr̃ nullū piuriū obligatoriū eſt. ꝑ hanc diſtinctionē pꝫ rñſio. ¶ Ad vltimū ꝟo dđ. ꝙ ſicut dr̃ Iere. 4°. Iurabis viuit dñs in ꝟitate ⁊ iudicio ⁊ iuſticia ꝙ tres comites debēt eſſe in quolꝫ iuramēto ⁊ hac rōne. Nā iuramētū dꝫ eſſe ordinatū tū ex pte iurātis. tū ex pte ei⁹ qđ iurat̃. tū ex pte cāe ꝑ qua iurat̃. Ex pte iurantis comes iuramenti dꝫ eſſe ꝟitas vt aſſerendo credat eē veꝝ qđ iurat ⁊ ꝓmittēdo ꝓpōat

ſe factuꝝ qḋ iurat. Ex pte ei⁹ qḋ iurat́ dēt
eē comes iuſticia: vt illud qḋ iurat́ licituꝫ
ſit ⁊ iuſtū. Ex pte ꝯo cāe ꝑ qua iurat́ dꝫ eē
comes iudiciū: vt .ſ. cū cā rōabili iuret. ſn̄
cā ꝯo ⁊ diſcretione iudicii nō iuret.

Sequitur inquire

re. vtꝝ omē iuramētū qḋ hꝫ iſtos
tres comites ſp̄ ſit obligatoriū. ¶ Et q̄rūt́
duo ¶ Primū. vtꝝ iuramētū ſpontaneum
hoc mō factū ſp̄ obliget. ¶ Scḋꝫ vtꝝ iura
mētū coactū ſic factū obliget.

Circa primum poni

tur caſus de illo qui iurat ſe nū q̄ꝫ futurum
epm̄. Nā cōſtat ꝙ iurat licitū: et tale ꝓpt́
qḋ mlṫi ſunt laudabiles. Laudabile enī́ eſt
exē⁹ dnī honorē oblatū fugere Jo. 6. ¶ Jtē
iurat diſcrete q̄a propt́ cām expedienteꝫ. et
vtileꝫ. Elegit enī ſecurius quia ſecurius eſt
locū hūilē tenē q̄ꝫ ꝑ ardua dignitatū īcedē
maxīe poſito ꝙ ip̄e credat ſe nūq̄ꝫ poſſe ſuf
ficere ad regendū epiſcopatū. ¶ Jtē iurat
ꝯe q̄ntū in ſe ē. firmit́ ei credit ⁊ ꝓpōit nū
q̄ꝫ futurū epm̄. Cū ergo iuramētū iſtius ha
beat tres comites erit obligatoriū q̄a dcm̄
ē deu. 6°. Reddeſ dn̄o iuramēta tua. ¶ Jtē
quidaꝫ fecerat tale iuramētū: poſtea elect⁹
ē in epm̄. gg. papa fecit īquiri. vtrū tale iu
ramētū feciſſet hoc aūt eſſet ſupfluum niſi
iuramētū illud obligaret. Cōtra ſup̄ deut.
25°. in lege de accipiēda vxore fr̄is ꝯfūcti
ſn̄ liberis. Dicit Aug⁹ qui curā alendorum
ſb̄ditorū renuit. diſcalciati opprobriū ſuſti
nebit. Nō ei vult ſuſcitare ſemē fr̄is defū
cti: idest chriſti. ſed nō ſuſtīebit opprobriū
niſi propt́ pctm̄. Peccat igit́ talis renūciā
do epatu. g̃ ⁊ iurādo. ¶ Jtē Aug⁹. Ocium
ſctm̄ q̄rit gratiā ꝯitatis. negotiū ſanctum
ſuſcipit nc̄citas caritatis. ſi g̃ nc̄citas ē ſu
ſcipere: iurare ꝙ non ſuſcipiat nō erit obli
gatoriū. ¶ Ad h̄ rn̄dēt ꝙ iuramētū illud
nō habuit comiteꝫ iudiciuꝫ: ſi quocūq̄ꝫ caſu
cōtigēte iurauerit ſe nūq̄ꝫ futurū epm̄: nō
ei fuit diſcretū neq̄ꝫ piū vſqueq̄ꝫ. ſi ꝯtige
ret ꝙ nullus īueniret ſufficien̄ adeo ſicut
ip̄e qui ſic iurauit: ⁊ iō nō ē obligatorium
ſimplicit́. Un̄ diſtiguūt: aut cū talis eligit́
⁊ īuenit́ ali⁹ ſufficiēs: ⁊ tūc obligat́ ad nō
ſuſcipe: aut nō īuenit́: ⁊ tūc petita diſpen
ſatiōe a ſupiori de facto iuramēto dꝫ ſuſci
pē tn̄ ī h̄ caſu ꝓpt́ religiōeꝫ iuramēti coa
ct⁹ mādato ſupioris deberet ſuſcipe ⁊ ſi poſ
ſet fieri ſine ſcādalo eccleſie. Et ꝑ h̄ rn̄det́
ad p̄ᵃᵐ. ¶ Ad illud qḋ obicit́ de īquiſitiōe
gg. Dicēdū qḋ h̄ ē factū propt́ ſcandalū ⁊
quia p̄ter illū ali⁹ īueniebat́ dign⁹ epatu
¶ Sꝫ ad h̄ obicit́. nā tal' iurat licitū ⁊ ex
pediēs g̃ iurat diſcrete. g̃ obligat́ ꝑ tale iu
ramētū: ſeu īueniat́ aliquis: ſeu nō. ¶ Ad
hoc dḋ. ꝙ ſicut licitū dr̄ dupl'r. ſ. licitū ſim
plicit́ quod nullo iur̄ ꝓhibet́: ⁊ licitū ex cā
qḋ ex diſpenſatione licitū eſt: vel inſtātia
neceſſitatis vt fuit dd̄m licitū comedē pa
nes ꝓpōnis. ſic habet́ Math. 12. Sic expe
diēs dr̄ duob⁹ modis. Expediens ſimpl'r ꝙ
⁊ q̄ꝫtum ad ſe: ⁊ quātū ad aliū ꝓmouet in
melius. Et expediens in cāu dḋ. ergo ꝙ iu
rans ſe nō futuꝝ epm̄. ſi ex ꝯſideratōne pi
culi ⁊ ſue inſufficientie iuret qḋ iurat. Eſt
expediens ex cā ſeu ī cāu: nō tn̄ ſimpliciter
expediens: quia nō expedit quoq̄ꝫ cāu ꝯtin
gente: nec expedit vl'r quo ad ſe ⁊ alios po
ſito ꝙ ali⁹ nō inueniret́ ſufficiens. ¶ Jteꝫ
dubitat́ circa hoc in caſibus aliis. ¶ Primo
cū vniuerſitas alicui⁹ ciuitatis vel collegii
iurat aliquid ⁊ mortui ſunt iurantes. Que
rit́ vtꝝ ſucceſſores iuramēto anteceſſoruꝫ
ligent́. qḋ vr̄. quia ſuccedūt in vtilitate ⁊
honore collegii. ergo ⁊ in onere: ſić filius
qui ſuccedit in hereditate paterna. que eſt
obligata debito. tenet́ obligationi. ergo ⁊
iſti pari rōe tenebūt́ iuramēto. ¶ Jtē dic
decretalis. ꝙ obligationes anteceſſoꝝ trā
ſeūt ad ſucceſſores. ¶ Jtē dicit canon. 7. c.
q. i. Q idē eſt popul⁹ in ſucceſſorib⁹ qui ⁊ ī
anteceſſorib⁹. ergo ⁊ eadē obligatio. ¶ Cō
tra obligatio iuramēti nō ꝯtrahit́ niſi ex
ꝓpoſito ⁊ ꝯſenſu ꝓprio. Si g̃ ſucceſſores
nō ꝯſentiunt in hoc qḋ iurauerūt anteceſ
ſores nō obligabūt́. ¶ So. eſt obligatio per
ſonalis ⁊ obligatio realis. Realis obligō
trn̄ſit ab anteceſſorib⁹ in ſucceſſores in illa
re. quia res trn̄ſit cū ſuo onere. Perſonalis
ꝯo obligatio nō trn̄ſit in aliū: quia illā facit
ꝯſenſus ꝓprius. Quia ergo obligō iuramē
ti eſt pſonalis. iō nō trn̄ſit ad ſucceſſores q̄ꝫ
tum ad piculū piurii: q̄ꝫuis trn̄ſeat obliga⁹
vel ꝓmiſſio rei que attendit́ in onere rei
¶ Jtē ponūt aliū caſum ḋ illo qui iurauit
in generali ſe ſeruatuꝝ ſtatuta in eccleſia
ſua edita. Poſtea fit nouū ſtatutū. querūt
g̃ ſi ex iuramento obliget́ ad ſtatutū. Nā
generaliter iurauit ſe ſeruaturum ſtatuta

eccleſie ⁊ hoc eſt ſtatutū. ꝗ ⁊c. ¶ Ad h̄ dō ꝙ ſi in iurādo intēdebat tm̄ de ſtatutis ꝑteritis: nō obligaſ ad futura. Si ſo intēdebat tā de ꝑteritis q̄ȝ de futuris obligatur. Intētio enim obligat.

Sequitur querere

vtꝝ coactū iuramētū obliget ꝓbaſ ꝙ non. Nā dicit Greg⁹. Coacta ſuitia deo nō placēt. ¶ Itē dicit lex qđ fit iuſti metus cā. ratū nō habeo. ¶ Itē ſi aliquis iurat aliquid cā metus mortꝭ: nō dꝫ ratū eſſe iuramentū. ¶ Itē violētia nō dꝫ iuuare eū: qui cogit iurare. ergo ſi iurās ꝑpter metū mortis ꝑmiſit ſe aliquid datuꝝ ei nō teneſ. ¶ Itē dicit Aug⁹. Iuramētū nō pōt eē vinculuꝫ iniquitatis. ¶ Itē. 58. Yſa. Diſſolue colligationes impietatis. ¶ Con. Dicit Aug⁹ ꝙ coacta volūtas: voluntas eſt. ergo coactum iuramētū: iuramētū eſt. ¶ Item Math. 5⁹. Reddes dn̄o iuramēta tua. ¶ Itē quidaꝫ ↄſuluit Alexandꝝ papā de quodaꝫ coacto iuramēto: ⁊ rn̄dit nō hēbis me auctorē per iurii. ꝗ iuramētū illud obligabat. ¶ Item quidā coact⁹ iurauit ↄcubine ſue ꝙ eā duceret in vxorē. ⁊ ꝙ de cetero nō exhiberet parentes ſuos. ↄſultuſ fuit ſuꝑ hoc Aug⁹ ⁊ dixit de ↄſilio Ambroſii. ꝙ matrimonium teꝫ: ⁊ ꝙ penitet de reſiduo: videlicet de eo ꝙ iurauerat: ꝙ de cetero non exhiberet parētes ſuos. ¶ R⁹ quidā diſtinguūt dicētes. ꝙ in ꝑmiſſorio iuramēto excuſat met⁹ In aſſertorio nō: qa poti⁹ dꝫ quis mortē pati q̄ȝ falſū iurare. Alii dicunt ꝙ oē iuramētū ſeu coactū ſeu nō. Si eſt licitū ⁊ peiorē nō vergit in exitū eſt obligatoriū. ¶ Ad ꝑmū ergo rn̄dent ꝙ ſacrificia coacta inq̄ȝtū coacta: deo nō placēt. tn̄ voluntaria redditio dō placet. ¶ Ad ſcōm poſſꝫ dici ꝙ met⁹ mortis: nō eſt met⁹ iuſt⁹: qa nō dꝫ cadere in viꝝ iuſtū. Un̄ Math. x. Nolite timē eos qui occidūt corpus. vel alr lex appellat iuſtū metū: qui pōt cadere in ↄſtantē viꝝ. ⁊ loquiſ q̄ȝtū ad cās forenſes. tn̄ veꝝ eſt ꝙ ſi aliquis ꝑpter talē metū aliquid ꝑmittit ſub iuramēto teneſ. tn̄ iudex pōt cogere accipientē ad reſtitutionē Et iō dicit lex ratū nō habeo. ⁊ eē ipē q iurauit pōt repetē ꝑ ius. ¶ Ad illud ſo qđ obr dō. ꝙ violentia nō patrocinaſ iſti: qa cogiſ reddere ⁊ ſatiſfacere de violētia ſi poſſet ↄtra eū ꝓbari. ¶ Ad vltimū ſo dōm ꝙ ille auctoritates intelligūtur de iuramēto illicito.

Queritur poſtea ſe

cundū cui⁹ intententōꝫ īterꝑtandū ſit iuramētū. ſ. aut iurantis: aut recipiētis. de h̄ dat Yſidor⁹ iſtā regulā. Quacūq; arte verboꝝ quis iuret. Deus ita accipit: ſicē ille cui raſ intelligit. ¶ Itē in matrimonio ⁊ ſi n̄ oīno ↄſentias. ſed tm̄ ſbis exꝑmas te ↄſentire. ſboꝝ tn̄ obligatione nihiloīn⁹ obligaberis. ſilr in voto: quia veritati ꝑiudicat opīo. ¶ Con̄. Iſta ſba ſeruiūt intentioni: ⁊ de⁹ talia ſba iudicat: qualia ex intimis ꝓferūſ. ¶ Itē dicit Ambro⁹. Affect⁹ tu⁹ opi tuo nomē īponit. ergo cū iſte velit obligare ſe: ⁊ ſic ⁊ noīaliter obligabiſ ſic ⁊ nō alr. ſ. ſꝫm ſuā intentionē. ¶ Itē queriſ de illo q doloſe exigit iuramētū ab aliquo ꝑponēdo ſba duplicia: vt ipm̄ decipiat ⁊ capiat in ſmone: vt īponat ei poſtea qđ illud iurauerit: cū dolus nemini dēat patrocinari. quō accipiet de⁹ ſꝫm intentionē illi⁹ cui iuratur ¶ Queriſ etiā vbi ſūt verba multiplicia in iuramēto quō ſūt accipiēda: ⁊ ad quid obligaſ iurās. Nūquid obligaſ ad ſenſum illū ad quē nō intendit ſe obligare. ¶ So. De⁹ ſimplicitatis amator: ⁊ duplicitatiſ aſpnator. ita accipit. ſicut ille qui ſine fraude intelligit. Un̄ regula Yſidori intelligiſ de doloſe iurāte. Un̄ ſenſus eſt quacūq; arte. i. quacūq; malicia ⁊c. ¶ Si ſo vterq; fraudulēt⁹ fuerit dēbēt accipi iſta ſba ſꝫm arbitriū boni viri: ⁊ ſꝫm ꝙ ſonāt verba illa apō recte ītelligentes. qn̄ vero ita ſunt duplicia vt equaliſ diuerſos ſenſus exꝑmant. nō obligaſ iurās niſi ſꝫm intentionē ſuā. nec pōt cogi ad obſuatōꝫ ī alio ſenſu. ſed ad īplendū in illo ſenſu in quo intendit iurare.

O Rdinis conſe

quētia requirit querē de tertio decalogi mādato: qđ dr̄. Memēto vt diē ſabbati ſanctifices: ⁊ ſubdiſ rō. Sex dieb⁹ ⁊c. De diſtinctione aūt h⁹ ꝑcepti a ceteris in generali dictū eſt ꝑus. Tn̄ in ſpāli plīes dubitationes emergūt. ¶ Primo vtꝝ ꝑceptū de ſabbato ſit generale: vel ꝑticulare. ¶ Scdō vtꝝ morale: vel cerimoniale. ¶ Tertio de circūſtantiis h⁹ ꝑcepti. ¶ 4⁹ de obſeruantib⁹ ꝑceptū. ¶ Quinto vtrum obſuātia dominice ⁊ aliarum feſtiuitatū in eccleſia iubeat hoc de precepto.

Ad primum Job.9°. Nō eſt
hic hō a deo q
ſabbatū nō cuſtodit. Glo. ille ſpiritualiter
ſabbatum cuſtodit: qui ē ſine peccato .ille
nō q ē ſeruus peccati. ḡ h̄ p̄ceptū vetat oē
pctm. ḡ ⁊ peccata q̄ p̄ceptis aliis ꝓhibet̄ .ē
igit̄ generale p̄ceptū ¶ Itē.13°. Luc. Archi
ſinagogus indignans: qa ſabbato curaſſet.
Ambroſi⁹. Lex ī ſabbato nō hoīeȝ curare: ſȝ
ſeruilia opa facē. i. peccatis grauari ꝓhibet
ſic ḡ peccatū generalit̄ ꝓhibet̄ illo p̄cepto
ergo ē gnāle. ¶ Itē Aug⁹. ī ſermōe d. x. cor
dis. per tciū mādatū īterficit̄ illicit⁹ amor:
ſȝ illicit⁹ amor ē radix omīs peccati: vt dicit
Aug⁹. ī li. de li. ar. Reliquit̄ ḡ ꝙ ꝓhibetur
illo p̄cepto om̄e peccatū. ¶ Itē Mat. i. ſab
batis īgreſſus ſynagogā. glo. docet nos ve
rū ſabbatū: vt. ſ. ſaluti aīaꝝ ſtudea⁹ ab oī
ope ſeruili: ab omnib⁹ vitiis vl' illicitis ab
ſtineam⁹. Inde arguit̄ . oē p̄ceptū ptīet aut
ad ſtudiū ſalutis aīe h̄ ē bonū faciēdū. aut
ad abſtīendū a vitiis: ſȝ oē tale ↄtinet̄ ſub
iſto p̄cepto. ergo p̄ceptū de ſabbato ↄtinet
oīa p̄cepta. ¶ Itē Deut. 5°. obſerua diē ſab
bati. Glo. vt omīa facias ꝓpt̄ ſabbatū .i. et
nā regem. ſed q̄libet p̄cepto p̄cipit̄ pticula
re aliq̄d faciēdū ꝓpt̄ eternā regeȝ. In h̄ aūt
p̄cipit̄ om̄e. h̄ ergo p̄ceptū ↄtinet oē p̄cep
tū. ¶ Cōt̄ dic̄ Aug⁹. ꝙ tria pma p̄cepta di
ſtīguūt̄ qa pmū ptinet ad maieſtatē. Scdȝ
ad v̄itatē. Tertiū ad bonitateȝ. Erit ḡ p̄ce
ptū d ſabbato pticulare ſic̄ duo alia q̄ ſūt
pme tabule. ¶ Preterea. 4. Deut. dn̄r. x. ver
ba ſcripta ī tabulis: ⁊ v̄ba illa ſūt p̄cepta
decē vnū aūt d illis ē illud p̄ceptū: eſt igit̄
diſtinctū ab aliis ⁊ pticulare ¶ Sō. manda
tū de ſabbato pōt intelligi q̄ttuor modis.
Lr̄alit̄. ⁊ ſpūalit̄. Sȝ ſpūaliter trib⁹ modis.
ſ. tropoloice. allegorice. anagogice. Lr̄aliter
p̄cipiebat ceſſationē ab opib⁹ ſuilib⁹. Vn̄
⁊ de eo dicit̄ omne op⁹ ſuile nō facies ī eo
Moraliter v̄o ſignificat ceſſatōȝ a peccato
Vn̄ Jo. dam⁹. 4. li. c°. d ſabbato. Circūciſio
ē corpalis ſupfluitatis ⁊ ſupfluoꝝ nō neceſ
ſarioꝝ depoſitio. Sabbatū aūt ē q̄ a pecca
to ē reqes ⁊ ita vtr̄q̄ ſimul a ſpūalib⁹ īple
ta q nullā ingetatem opant̄. ¶ Allegorice
ſignificabat ſabbatū corpus xp̄i qeſcendū
in ſepulcro. Vn̄ Aug⁹. in. 4. li. ſup Gen̄. ad
lr̄aȝ dici ꝓbabiliter pōt ad obſeruādū ſab
batū iudeis fuiſſe p̄ceptū ī vmbra futuri.
que ſpiritualeȝ regeȝ figurabat. cui⁹ qetis

ip̄e dn̄s xp̄s q nō niſi qn̄ voluit paſſus eſt
in ſepultura ſua miniſteriū ↄſūmauit: ip̄o
qppe die ſabbati r̄qeuit ī ſepulcro: ⁊ eā to
tā diem habuit ſancte cuiuſdaȝ vacatōis
¶ Anagorice v̄o ſignificat quietē aīaꝝ in
pr̄iaȝ futuraȝ. Vn̄ Aug⁹. ī li. de lapſu mun
di. ¶ Tertium p̄ceptū de ſabbato ꝙ iudei
carnaliter celebrant. nos ſpiritualiter ob
ſeruamus: in q̄ dn̄s reqeuit qd ſic dictū ī
telligas: vt poſt bona opa ſcias te qeturuȝ
Vn̄ Exo. 20. Sex dieb⁹ deus fecit celū. glo.
ſignificās qa in pfectiōe ſenarii ſūt nobis
opa facienda vt poſtea requie pfruamur
eterna. Dicendū ḡ ꝙ ſcdm pmā acceptiōȝ
que ē lr̄alis ē ſimpliciter ⁊ omni mō ſpāle
p̄ceptū ¶ Et h̄ mō intelligebat̄ a ſimplici
bus. Scdm v̄o qd accipit̄ ſpūalr̄ ſcdm extē
ſionē rōis moralis poſſet dici generale: tn̄
ꝓprie nō poterit dici generale. Vn̄ diſtin
guēdū ꝙ ſcdm moralē ītelligētiā duplex ē
ītētio hui⁹ mandati. Prima ē vacatio que
eſt ad ſūmā bonitatē ī abſtractione ab im
pediētib⁹. Scda ītētio ē ceſſatio a peccato
q̄ qdē intentio eſt ī iſto mandato p ↄſequē
tiā qa ſeqt̄ vacas: ⁊ qnieſcis ī ſūma boni
tate. ḡ a peccato ceſſas. Eodē mō ſequitur
vacas ⁊ qeſcis in ſūma bonitate. ḡ ſi aliqd
facis: facis ītētione eterne qetis: quia ergo
p̄cepta diſtīguūt̄ ſcdm ītellectū pme ītēti
onis cū ī h̄ mandato tropologice ītellecto
ſpāliter p̄cipiat̄ vacatio ī ſūma bonitate.
cū abſtractiōe ab his q̄ īpediūt que nō pre
cipit̄ ī aliquo alio mandato: qa nō in pmo
mādato in q̄ p̄cipit̄ adorō maieſtatis. nō ī
2° ī quo p̄cipit̄ reuerētia v̄itatis. nec ↄſtat
in p̄ceptis ſcdē tabule: que ordināt ad pxi
mū. erit igit̄ iſtd mādatū a ceteris diſtin
ctū etiā tropologice ītellectū. ¶ Ad aucto
ritates ergo q̄ obiciunt̄ ī ↄtriū. In quibus
vr̄ dici ꝙ in p̄cepto de ſabbato p̄cipiebat̄
ceſſatio a peccato ⁊ bonū faciendo ꝓpter
eternā regē Dd⁹. ꝙ hoc dicit̄ p cāȝ qa ī p̄
cepto de ſabbato p̄cipit̄ vacatio q̄ ē in ſū
mam bonitatē. Ex qua ↄſeqt̄ ceſſatio a pec
cato: ⁊ omniū bonoꝝ opum ad eternitateȝ
relatio: qa ḡ illud nō ē de ītentiōe pma h⁹
p̄cepti. nō erit ex hoc iſtd p̄ceptū generale
¶ Si aūt obiciat̄ qa videbit̄ illud ſoluȝ p̄
ceptū ſufficere ſpūaliter intellectū. ḡ p con
ſequēs vident̄ alia p̄cepta ſupfluere. ddm
ꝙ nō ſequit̄. Nā queādmodū caritas: virt⁹
excludit oē peccatū. ⁊ ponit vn̄ ſit meritū

eterne vite. nõ tñ ſupfluent alie virtutes
fides:⁊ ſpes:⁊ alie cardinales.hoc eĩꝫ habꝫ
ipa caritas ex hoc ꝙ ipa ĩmediate refertur
in finẽ:qui eſt ſũmũ bonũ inq̃tũ hꝰ. Alie
ṽo virtutes mediãte caritate. Nã ꝑmo ⁊ ꝑ
ſe fides ẽ ĩ ſũmũ veꝝ. Spes ĩ ſũmũ glorio
ſum.ſicut caritas in ſũmũ bonũ. Eodẽ mõ
ex hac pte:q̃uis nõ penitus. cũ ꝑmũ prece
ptũ ſit reſpcũ ſũme maieſtatis. ſcõm reſpe
ctu ſũme veritatis. Iſtud vero reſpectu
ſũme bonitat̃. Bonitas aũt dicit vltimaꝫ
rõeꝫ cõpletionis ⁊ cãlitatis:⁊ ordinis. nõ
ſupfluẽt alia mãdata.ĩmo ſunt p̃ambula ⁊
p̃neceſſaria ſicut fides ⁊ ſpes caritati.

Deinde queritur vtꝝ p̃ce

ptũ de ſabbato ſit morale vel cerimoniale
Ad qđ ſic Nullũ p̃ceptũ qđ ẽ tpale ⁊ ptic
lare: q̃a ad tps datũ:⁊ aliquibꝰ nõ oĩbus:ẽ
morale. Sꝫ p̃ceptũ de ſabbato ẽ pticulare:⁊
tpale.quia ad tps datũ:⁊ aliquibꝰ nõ oĩbꝰ
quia iudeis.ergo nõ eſt morale. Primũ pꝫ
quia morale eſt de lege nãli.dico morale d̃
calogi:ſicut vult dicere Augꝰ. Preceptuꝫ
aũt legis nãlis:idẽ eſt apud oẽs:⁊ ſp idem
¶ Itẽ Exo.31°. Uidete vt ſabatũ meum cu
ſtodiatis:quia ſignum eſt inter me ⁊ vos.
Glo.fruſtra gloriant̃ iudei de legali obſer
uatione.apte eñi dr̃:q̃a ſignũ eſt.g̃ eſt figu
rale. ¶ Itẽ Ezech.20. Dedi eis p̃cepta mea
⁊ iudicia mea.⁊ ſequit̃. ⁊ ſabbata mea de
di eis in ſignũ.Glo.veri ſabbati.g̃ cerimo
niale eſt. ¶ Itẽ Exo.35°. Septimꝰ dies erit
vobis ſanctꝰ.dicit Augꝰ Mandatũ de ſab
bato fuit datũ in ſignũ:vt hodie non cele
bret̃:ſꝫ tm̃ ſignatũ intueamur.ergo cerimo
niale eſt. ¶ Itẽ Leui.26°. Decẽ mulieres in
clibano vno coquẽt.Glo. decẽ mandatoꝝ
ſc̃m etiã litterã cuſtodiri ⁊ ĩpleri dignũ eſt
nec mandatũ ſabbati cõtrariũ eſt.quis eñi
decẽ mãdatis inſertũ ſit nõ tñ ex eis eſt.
Ex quo relinquit̃ ꝙ eſt cerimoniale. ¶ Cõtñ
Io.Damaꝰ in q̃rto li. Uacationis gr̃a que
eſt ad deũ.⁊ vt deo pticulã vite tribuant
⁊ requieſcat ſeruꝰ⁊ ſubiugale:ſabbati ob
ſuantia excogitata eſt.Si g̃ ex ipa lege na
turali eſt dictamẽ: ꝙ aliq̃ñ vacandum ſit
deo:⁊ ꝙ aliqua ps vite ei tribuat̃:⁊ ꝙ pie
tatis eſt vt laboranti ſuo aliq̃ñ ꝯcedatur
quies.Ergo rõ obſuantie ſabbati d̃ dicta
mine legis nãlis eſt.g̃ ſimplr̃ eſt morale.
¶ Itẽ de rõne bene ordinata eſt:ꝙ cuꝫ ſp
nõ poſſumus vacare deo propter tpales ⁊
corpales neceſſitates ꝙ aliq̃ñ vaceꝰ. Opoꝛ
tet igit̃ hr̃e tps aliquod determinatũ. Si
ergo ſabbatũ erat determinatũ tps vaca
tioni ad deũ.Obſuantia ſabbati eſt d̃ rõe
bene ordinata.ergo ẽ ſimplr̃ morale. ¶ Itẽ
ſi dicatur ſic.quidã dixerũt ꝓbabiliter ꝙ
in p̃cepto de ſabbato ꝯcurrũt tria.Sancti
ficatio que eſt in vacatione ad deũ que ex
pmit̃ cũ dr̃. Memẽto ꝙ ſabbatũ ſanctifi
ces. Taxatio tpis.vñ dr̃. Sex diebꝰ opabe
ris:in ſeptima requieſces.Conceſſio q̃etis
laborãtibus ſuis.vñ dr̃ vt requieſcat ſuꝰ
tuus⁊ ancilla. ¶ Quantũ ad ꝑmũ.ſ.ſancti
ficationẽ.ſabbatũ eſt morale. Quãtũ ad ſe
cundũ.ſ.determinationẽ tpis: figurale. Q̃ꝫ
tum ad tertiũ iudiciale. Hinc eſt ꝙ mãda
tũ de ſabbato ꝓpter ꝑmũ ꝯnumerat̃ ĩter
p̃cepta moralia.Exo.20. Propter ſcõm ꝯnu
merat̃ ĩter cerimonialia.Exo.35°. Ubi dr̃ ſe
ptimus dies erit vobis ſanctꝰ. ſabbatuꝫ ⁊
reqes dñi. Propter tertiũ ꝯnumerat̃ ĩter
iudicialia.Exo.23°. Sex diebꝰ opabis: in ſe
ptima requieſces.vt q̃eſcat bos ⁊ refrige
ret̃ filius ancille ⁊ aduene. ¶ Obr̃ cõtra
illud.Scõm dictamẽ rõnis bene ordinate
eſt ꝙ vacandũ ſit deo. aut g̃ ſp: aut aliq̃ñ
Sꝫ ſp vacare nobis ĩpoſſibile eſt in neceſſi
tatibus hꝰ vite degentibus.g̃ dictat ꝙ ali
q̃ñ vacandũ eſt.ergo dictat aliq̃ñ ꝙ deat
tps elegi ad hanc vacationẽ in quo ſit ab
ſtractio ab opibus ĩpedientibꝰ vacatiõeꝫ
Taxatio igit̃ tpis ẽ de rõne bene ordinata
g̃ eſt moralis. ¶ Itẽ ſicut ſanctificatio ſab
bati ponit̃ ĩter moralia:ita ipa tpis taxatꝰ
⁊ ꝑ modũ p̃cepti. incõuenienter g̃ poneret̃
niſi eſſet morale. ¶ Itẽ quare dr̃ cerimoni
alis tẽpoꝛis taxatio.dic ꝙ ⁊ ꝓpter ſignifi
cationẽ.Ergo ſilr̃ quies ſui ⁊ ancille debet
dici cerimoniale.Nam ſicut dic̃ Io. Damꝰ
ſignificat̃ ꝑ hoc: ꝙ iram ⁊ ꝯcupiſcentiam
a peccato quieſcẽ faciamus ⁊ ſubiugale.i.
corpꝰ noſtꝝ.ſilr̃ ⁊ hec oĩa ſpũaliter nobis
mãdat lex. dicet̃ igit̃ cerimonialis hꝰ qes
¶ So. Preceptũ de ſabbato ꝓponit̃ ĩ lege
vt res ⁊ vt ſignũ.vt res ſp debita:⁊ ſi nõ
ad ſẽp.ſ. requies vacatio ad deũ.16°.Exo.
Requies ſabbati erit ſãctificata dño.glo
vt illi ſoli vacetis:vt ſignũ futuri ⁊ faciẽ
di.Exo.31°. Uidete vt ſabbatũ cuſtodiatis
quia ſignũ eſt ĩter me ⁊ vos. Glo. apte dr̃
ꝙ ſignũ eſt future quietis ⁊ beatitudinis

vel quietis ſanctorum in preſēti quo quie
ſcunt a tumultu mundanorum operum ⁊
vitiorū. Primo⁹ ſabbatum eſt morale. ⁊ pre
ponit̄ in decalogo. Scđo mō figurale ⁊ po
nit̄ inter figuralia. ¶ Ad illud qđ obī pri
mo. ꝙ p̄ceptū de ſabbato eſt tpale ⁊ ꝑticu
lare dicendum. ꝙ ſcđo ꝙ accipit ꝓ re debita
ſ. vacatione: que ē ad deū ē vl'e. ⁊ ſcđo omne
tps ab oībus ⁊ oī tpe debita. ⁊ ſi nō ꝓ oī
tpe. Scđm ꝯo ꝙ ſignū ꝑticulare ⁊ tpale ⁊
in hūc modū intelligūt̄ obiecte auctorita
tes. Et qđ dic̄ eſiti⁹ ītelligit̄ d̄ ſabbato vt
ſigno. Vñ ad ſolutionē omniū hinc inde
obiectorū nōndū ꝙ p̄ceptū de ſabbato vt
res eſt morale duobus modis Eſt. n. morale
legis nālis: q̄tuꝫ dicit vacationē dō aliqñ
Unde ſcđo hoc dies ſabbati dr̄ dies vacati
onis deo. Itē eſt morale diſcipline hoc ē
legis ſcripte. ⁊ ſcđo hoc dies ſabbati dicitur
talis dies. ſ. ſeptima deterīata diuine va
cationi. poſtq̄ꝫ enī ꝑ dictamē legis nālis
haberi pot: ꝙ vacandū eſt deo. Aliqñ ꝑ le
gem ſcriptā dꝫ determinari qñ vacanduꝫ
eſt deo. ⁊ eligit̄ dies ſeptima rōe miſtica.
Obſeruatio ergo moralis eſt: inq̄tū deter
minat̄ vacationi quēadmodū obſuantia do
minice diei. ⁊ addit̄ rō exēplaris domīce
vacationis. Sex dieb⁹ fecit de⁹ celū ⁊c. ⁊ ſe
ptima die requieuit. Inq̄tū ꝯo inſtituit̄ ad
ſignificantiā futuri: cerimoniale. ⁊ hoc eſt
qđ dicit Io. dam⁹. Sabbatū quidē ſeptima
dies vocat̄. ſignificat aūt requiē. In ipā. n.
requieuit de⁹ ab oībus opib⁹ ſuis: vt diuina
ait ſcriptura. nō ſimplr̄ hoc iuſſit: ſ ꝓpter
quaſdā a ſpiritualib⁹ ⁊ ſpectabilib⁹ viris ī
tellectas cās. Prima quidē. vt qui ſuus cu
ſtodiret ⁊ ſubiugale ſabbato: vt ſcriptum
eſt requieſcāt: qa vir iuſt⁹ miſeret̄ aīarum
iumētorū ſuorū. Scđa aūt cā eſt: vt vacatōꝫ
agentes ab amplexu qui eſt circa mālia ad
deū ꝯgregent̄ in pſalmis. ⁊ hymnis ⁊ cā
ticis ſpūalibus ⁊ meditationib⁹ diuinarū
ſcripturarū. vniuerſū ſeptimū diē ꝯſumen
tes: ⁊ iō requieſcentes. ¶ Si āt obiciat̄: ꝙ ſi
obſuantia dierū vacationis moralis eſt. g̃
īmutabilit̄ ⁊ ſp ſuanda eſt. dō ꝙ nō ſeq̄t̄
Nā obſuantia diei pōt dici indetermīate
⁊ ſcđo h̄ ē morale nāe. Naꝫ dictamē eſt legis
nālis ꝙ aliquo tpe vacandū ſit deo rōnali
creature viuēti in tpe. ⁊ hoc mō eſt īmuta
bile. Alio mō obſuātia pōt dici: obſuantia
tpis determinati: ⁊ illud eſt morale diſci
pline. ⁊ hoc ē morale determinatū ex addi
ta diuina interp̄tatōe. Nam cū ſcđo oē tps
debeamus nos dō qualꝫ p̄te tpis dēm⁹ nos
deo ⁊ vacare deo. Cū aūt ꝓpter tpales ⁊
corpales neceſſitates nō poſſumus vacare
deo qualꝫ p̄te tpis. erit aliqñ vacandū: qñ
aūt illud eſſe dēat: nō erit homīs determi
nare ſed dei deterīata eſt. g̃ ex cā miſtica
ſeptima dies vt dictū eſt.

Conſequenter que
rit̄ de circūſtantiis h⁹ p̄cepti: que reducūt̄
ad quatuor. Prima eſt: qa hoc p̄cepto addi
tur verbū recordationis ſeu memorie. vt
dicit Memēto. Scđo qa taxat̄ tps d̄termi
natū dies ſeptima. Tertia quia ꝓ rōe mo
uēte ponit̄ vacatio diuina. Vñ dr̄. Sex di
ebus de⁹ fecit: ſeptimo requieuit. Quarta eſt
qa ꝓ rōne finali ponit̄ quies ſubditorū ho
minū ⁊ aīaliuꝫ. Vñ dr̄. vt requieſcat ſuus ⁊
ancilla bos ⁊c. ¶ Querit̄ igit̄ q̄re in aliis
p̄ceptis nō ponit̄ verbū recordationis ⁊
memorie: vt diceret̄ Memēto vt non aſſu
mes nomē dei tui inuanū. Si dicat̄ ꝙ ideo
dr̄ memēto: qa obſuatio ſabbati ante legē
fuerit inſtituta. ſcđo ꝙ dr̄. 16°. Exod. Reges
ſabbati ſanctificata ē dño. qđ dictū ē āte
legē. ¶ Itē in Luc. 6° factū eſt in ſabbato
ſcđo ⁊ p̄mo. ⁊ dic̄ ibi glo. ſcđo primū poteſt
dici: vt vnū idēq̄ noui teſtī ſabbatum ſit
⁊ ſcđm: qa poſt legale a nobis obſuat̄ ⁊ p̄
mū qa ante edicta legis a iuſtis obſuabat̄
antiquis. Quia ergo ante legē erat inſtitu
tū ⁊ obſuatum. iō dr̄ memēto. ¶ Cōn. Cuꝫ
alia p̄cepta euidenti⁹ ſcripta ſint in corde
hōis: ⁊ etiam inobſuata añ legē a patrib⁹
ſcīs q̄ꝫ p̄cepta ſabbati magis debuit dici ī
aliis p̄ceptis memēto q̄ꝫ in iſto. ¶ Item Io
dam⁹. Qñ lex nō erat ſcripta: nec ſabbatū
ꝯſecratū erat. qñ aūt a deo inſpirata ſcri
ptura ꝑ Moyſen data eſt ꝯſecratum a deo
ſabbatū. Rōne g̃ inſtitutionis ꝓoris nō po
terit dici ad illud p̄ceptū memēto. ¶ Sō.
p̄ceptū de ſabbato ſcđm qđ erat morale nāe.
ſp fuit in lege nāli īplicitū. ⁊ poſtmodū in
lege ſcripta explicitū. Scđm ꝯo ꝙ erat mo
rale diſcipline: vt in determinatione diei q̄
vacaret̄ dō. añ legē fuit inſpiratum vt ho
neſtū: ⁊ dignū fieri. ſ in lege inſpiratū vt
p̄ceptū: ⁊ debitū fieri. Quia g̃ añ legē erat
obſuātia ſabbati apud p̄ēs ſcđo determīatōꝫ
diſcipline ⁊ inſpirationis diuine vt eſſet

vacatio tali die. Jō ad iſtud p̄ceptū dicit
memēto: ⁊ nō ad alia. ¶ Ad alia.n. dictat
nā oīno: ⁊ ſi deficiat diſciplina.ad iſtō ꝯo
ꝯcurrit ⁊ dictamē nāe gn̄ale: ⁊ ꝺtermīatō
diſcipline. ⁊ ꝑ hoc rn̄det ad p̄mum. ¶ Ad
2m dō. ꝙ Jo.dam⁹ ſignant dicit ꝙ añ legē
nō erat ꝯſecratū.quia ⁊ ſi ante legē eēt in
ſpirata obſuantia ſm rōꝫ honeſti. hoc ē di
gnū fieri: nō tn̄ ſm rōꝫ p̄cepti. h̄ eſt debiti
fieri.ſ hoc mō ꝓponit in lege. ⁊ iō dr̄ cōſe
cratū ī lege a dn̄o.i.a dn̄o p̄ceptū ſuari vt
ſcm̄. ⁊ hoc īſinuat verbū memēto vt diem
ſabbati ſanctifices.

Jtē queritur de ſe cūda

circūſtātia q̄ eſt in taxatione tpis alicuius
ꝺminati diuine vacationi. Querit̄ ḡ an
ꝺbuerit taxari. Nam cū creatura rōalis ſe
dēat ſꝑ dō.obnoxia ē vacationi ſm oē tps
Ergo nō debuit ps aliqua tpis ad hoc de
ſminari. ¶ Jtē ſi dicat̄ ſic̄ dicit Jo. dam⁹
ꝙ hoc fuit ꝓpt̄ iudeoꝝ imꝑfectionē:qui nō
omnē vitā dō ꝯſecrabāt:nec amore domi
natori vt patri ſuiebāt:ſ vt ſui indeuoti
paruā ⁊ minimā ꝑticulā ſue vite dō tribu
ebāt. ¶ Obr̄ ḡ ſm hoc ſeruiētib⁹ ex amore
q oēꝫ vitā dō ꝯſecrāt xp̄ianis nō ē taxandū
tps vacationis.ḡ nec dies octaua ſeu dies
domīca eēt taxāda pluſq̄ȝ alia dies. ¶ Jtē
Jo.dam⁹. Obſuatō ſabbati .i.ſeptime diei
excogitata ē puulis: ⁊ ſub elemētis mundi
ſuis effectis. ⁊ ſequit̄.qa ḡ nō ſumus ſui.ſ
filii:nō ſub lege.ſ ſub gratia.nō ſumus ad
hnc ꝑticulari̇t̄ domino ſuiētes in timore.ſ
oē tps ei offerre dēmus. Nō igit̄ dies aliq̄
xp̄ianis dēbit ꝺminari. ¶ Con. Jmpoſſibi
Per neſciētes ſic̄ p Senacharib popul⁹ iude
oꝝ. 10. Jſa. Et p Nabuch. 4. R. vlti. et p An/
thiocū. i. Mach. i. Uñ de Senacherib dr̄ Jſ.
. 10. Ue aſſur v̄ga furoris mei. et ſequit̄. Cōt̄
populū furoris mei mādabo illi vt auferat
ſpolia. et ſeq̄t̄. Jpſe aūt non ſic arbitrabit̄: ⁊
coꝛ eius nō ita extimabit. ¶ Per ſcientes ſic̄
p filios iſrael punita ſunt pctā amoꝛreoꝝ Jo
ſue p totū. Jn p̄mo caſu excitat̄ a deo volū
tas ignoꝛans quantū ad punitōis actionē: q̄
iuſta ē: ſ; nūq̄ ad actionē hoīs que p̄ūerſa ē.
Uñ Jſa. 10. Aſſur v̄ga furoꝛis: qua. ſ. ego gē/
tes punio p pctō. ſ; ipſe nō ſic arbitrabit̄. ſed
coꝛ eius erit ad ɔterēdū ⁊c̄. ac ſi dicēt. nō eſt
ad h̄ ei⁹ ītētio. Ex quo patet q̄ quāuis h̄ fe/
cerit diuina auctoꝛitate: nō tñ volūtate. et iō
illicitū. ¶ Jn 2⁹ vero caſu taxatur volūtas
quantū ad actionē ⁊ quātū ad ītentōem: vt
ī bonis iſraelitid; q ex obī a mādati dei: ⁊ ut
vindicarēt diuinam īiuriā chananeos īterfe/
cerūt. et iō licite ⁊ meritoꝛie. ¶ Primo mō
populus excitat⁹ a deo peccat nō ex excita/
tione diuina: ſ; ex malicia p̄p̄ria. 2⁹ mō pplus
excitat⁹ nō peccat. ¶ Ad 2ᵐ dō. q̄ nō ſeq̄t̄
multis de cauſis iſte īterficiēdus ē ſm legē.
ḡ q interfic̄ fac̄ ſm legē. Ad īterficiēdū enī
ſm legē ſuffic̄ ſol⁹ reat⁹ quo dign⁹ ſit īterfici
ad īterficiētē vero ſm legē reqrunt̄ plura.
iuſta cauſa. iuſt⁹ oꝛdo. iuſt⁹ aīus. Juſta cauſa
vt reus meruerit īterfici. qa dr̄ exo. 23. Jn/
nocētē ⁊ iuſtū nō occides. Juſt⁹ oꝛdo vt oc/
cidens habeat poteſtatē: ⁊ ɔuictū ſit crimē.
Aug⁹. ſup. 5. Mat. Officia uīdicte p̄ñt īpleri
quō index. quomodo lex. et ambꝛo. ſup p̄mā
ad Coꝛ. 5. Totā maſſam coꝛ. Si qs poteſtatē;
nō h̄et quē ſcit reū abicē vel pbare nō ualet
īmunis eſt. et iudic̄ nō ē ſine accuſatōe dam
nare. ſicut nec xp̄s Judā abiec̄. Juſt⁹ aīus ut
illud fiat ſolū amoꝛe iuſticie: nō libidine vī/
dicte vel appetitu pene. Uñ aug⁹ ī q̄ōnibuſ
ſup Exo. Cum miſter iudic̄ occidit quē iu/
dex iuſſit occidi: profecto ſi id ſponte fac̄ ho
micida eſt: ſi eum etiā occidit: quē ſcit a iu/
dice debuiſſe occidi. ¶ Ad tertiū dicēdum

ſm aug. 2. li. ɔtra ffauſtū. Jlle vtit̄ gladio q
nulla ſupioꝛe ac legitīa poteſtate vel iubēte
vel ɔcedēte ī ſanguīe alienius armat̄. Nam
vtiq; dñs iuſſerat vt ferrū diſcipuli ei⁹ fer/
rent: ſ; nō iuſſerat vt ferirēt. Quid ḡ īcon/
gruū ē ſi Petr⁹ poſt hoc pctm̄ fact⁹ ē paſtoꝛ
eccliē. ſicut Moyſes poſt pcuſſum egyptiuꝫ
factus eſt rectoꝛ unius ſynagoge. Uterq; .n.
nō deteſtabili īmanitate: ſ; emēdabili aīoſi/
tate iuſticie regulā exceſſit. uterq; odio im/
pꝛobitatis aliene. ſ; ille fraterno. iſte dñico: l;
ad hoc cū amoꝛe carnali necauit.

Poſtea queritur de

illo q nō h; poteſtatē. et tñ cogit̄ neceſſitate
defendēdo ſe. utrū faciat cōtra hoc p̄ceptū
Ad qđ ſic. Scđm leges uim ui repellē l;. Et
aug⁹. i. de li. ar. dic̄. Q̄ iuſta lex ē q̄ dat pote/
ſtatē uel uiatoꝛi ut latronē ne ab eo occida
tur occidat. uel cuipiā uiro ac femine ut ui/
olēter ſibi ſtupꝛatoꝛē irruētē añ illicitū ſtu/
pꝛū ſi poſſit īterimat. ¶ Jtē exo. 22. Si pfodi
ens īuēt⁹ ſit fur: ⁊ pcuſſus moꝛtuus fuerit ⁊c̄
aug⁹. Nō ē illi̇ homicidium. Si aūt oꝛtus fu
erit ſol ſup eum reus erit. Jntellr̄ ḡ ñ ptinē
ad homicidiū: ſi fur noctūrn⁹ occidat̄. Si au
tē diurn⁹ ad homicidiū ptinē. hoc ē. n. q̄ ait
Si oꝛiat̄ ſup eū ſol ⁊c̄. qa poterat decernē q̄
ad furādū nō ad occidēdū ueniſſ;. ⁊ iō non
d; occidi. ¶ Jtē qđ meli⁹. ſ. irruētē ī ſe īter/
ficē. aut pmitti ſe īterfici ab eo. ⁊ mai⁹ p̄eli/
gēdū ē. S; dic̄ aug⁹. p̄. de li. ar. Multo enim
miti⁹ ē eū q aliene uite īſidiat̄: q̄ eū q ſuam
tuet̄ occidi. Et multo ē īmani⁹ hoīem ſtupꝛ
ppeti q̄ eū a quo uis īfertur ab eo cui īferre
conat̄ īterimi. ¶ Conī̄. aug ī li. de li. ar. Quō
apud diuinā puidētiā pctō liberi ſunt: qui p
his reb⁹ quaſ īuiti amittē p̄ñt humana cede
polluti ſunt. S; uitā tpalē q̄libet īuit⁹ pōt
amittē. ḡ nō ē ſine culpa ſi p ipſa tuēda ho/
minē īterfic̄. ¶ Jtē p̄ceptū ē non occidē ho/
minē. ſ. auctoꝛitate p̄p̄ria. S; iſte q impetitur
ad moꝛtē ab alio: nō ē index nec miſter legiſ
ḡ ſi īterfic̄ īterfic̄ auctoꝛitate p̄p̄ria. ¶ Jtem
aug⁹ p̄. ō li. ar. Pōt illi legi q̄ tuēdoꝝ ciuiū
cā uim hoſtilē eadē ui repelli iubet ſine libi/
dine obtēpari ⁊ ō omnib⁹ miſtris q iur̄ atq;
oꝛdīe poteſtatib⁹ qbuſq; ſbiecti ſunt id dici
pōt. S; illi hoīes lege īculpata quomodo in/
culpari queant eē nō uideo. Non. n. eos lex
cogit occidē: ſ; rlīq̄t ī ptāte liberꝝ. Jtaq; ē eiſ
nem inē necare p his reb⁹ quas īuiti poſſūt

amittē ob h̄ amare nō debēt. Ex h̄ ſeqꝭ idē qđ ꝓus. ¶ Itē Aug. ad Publicolā de occidē dis hoīb⁹. Ne ab eis quiſꝗ̄ occidat nō mihi placet ꝯſiliū: niſi forte ſit miles: aut publica functiōe teneat. vt nō ꝓ ſe h̄ faciat. ſ ꝓ aliis accepta legitīa poteſtate: ſi eius ꝯgruat pᵉ. ¶ Itē ſi dicat ſic ꝯtīgit ī violatiōe ſabbati. ꝙ neceſſitas fac̄ licitū: qđ alr̄ eēt illicitū. Et iō neceſſitas vitādi mortē excuſat. ¶ Cont̄ Qui dixit. nō mechaberis: dixit nō occides ī decalogo. Si ḡ neceſſitas nō excuſat ī uno ḡ nec ī alio. ¶ Itē quāuis aliqs imperat ad mortem a muliere vt cognoſcat ipſam. tn̄ tenet ipſam nō cognoſcē. ḡ quāuis aliquis imperat ad mortē ab aliquo tenet ipſum nō occidē. ¶ Itē quedā bona ſunt ī ſummo vt ꝟtutes. quedā ī medio vt nālia. quedam in infimo vt tpalia. Si ḡ nō lꝫ deſtruē meliora ꝓ deteriorib⁹ ꝯſeruādis: nō licet īterficere furē ſiue diurnū ſiue nocturnū. ¶ So. qdam diſtiguūt neceſſitatē. euitabilē ꝛ īeuitabilē Si ſit euitabil' nccītas. ſ. ꝙ poſſet alr̄ euadē vt fugiēdo vl' alio mō: homicida ē talis ſic īterficiēs. ꝛ peccat ꝯtra illud mādatū. non occides. Si uero ſit ineuitabilis: ꝙ non poſſit euadē niſi īterficiat: aut occidit motus ira. aut libidine vindicte. aut cū dolore euaden di neceſſitate. ꝑut dic̄ Aug⁹ ī q̄ōnib⁹ ſuper Mat. Cū homo ab hoīe occidit: mltū diſtat vtrū vl' ciſcēdi cupiditate. vl' ī iuſte aliquid auferēdi. ſic fit ab inimico ſic a latrone. vel obediēdi ordīe ſic a iudice. vel euadēdi: vel ſbueīēdi nccītate. Primo mō occidēs homicida ē. 2ᵒ ꝛ 3ᵒ mō nō iudicabit aliqs homicida quātū ad culpā: quāuis iudicet quātū ad irreglaritatē. ¶ Sꝫ ꝯtra obr̄. Nā dic̄ canon Nicolai pape. di. 50. De clerici quib⁹ ꝯſuluiſti .ſ. q ſe defēdēdo paganū occiderūt. ſi poſtea ꝑ pniam pn̄t ad priſtinū ſtatum redire: aut ad altiorē aſcēdē. ſcito nos nullā occaſionē dare nec vllā tribuere licētiam eis quēlibet hoīem quolꝫ modo occidēdi. ḡ ī nullo caſu licet clerici occidere. ¶ Ad idē canon Martini di. eadē. Si qs homicidii aut facto aut ꝯſilio aut ꝑcepto: aut defenſione poſt baptiſmum ꝯſci⁹ fuerit: ꝛ ꝑ aliquā ſbreptionē ad clericatū venerit deiciat. et ī fine vite ſue coīonem tm̄ accipiat. ¶ Itē canon ex̄ de cōcilio erleden̄. de clerici q ī obſidiōe poſiti ſūt ſtatutū ē: vt q altario miniſtrāt: ꝛ xp̄i corpus ꝛ ſanguinē tradūt: ab omni humano ſāguine etiā hoſtili ſe abſtineāt. ꝙ ſi ī h̄ īcide

rint purgati ꝑ pniam officio ꝛ coīoni reddant. Si ḡ nccīa pnīa ī occidēdo fuit culpa ꝓpter h̄. qdā ꝑfecti⁹ diſtixerūt īter clericos ꝛ laycos. Clerici ḡ nulla nccītate licet. laycis ꝟo cū ꝑdicta nccītate licet cuꝫ euitabilis ſit neceſſitas ꝛ nulla libido vīdicte. ſ ſola intētio ꝯuerſatōis ꝓprie ſalutꝭ ſcḋm ꝯceſſionē. Sꝫ qa ex lege nature nō ē diſtīctio layci ꝛ clerici illud aūt ꝑceptū ē legis nature. ideo ſi ꝓhibeāt clerici ab occiſiōe ī caſu ꝯceſſo layco: h̄ nō erit ex ꝓhibitōe huius ꝑcepti ſ eccliaſtice īſtitutōis. iō diſtīctio iſtoꝝ reſpic̄ ecclīaſticā īſtitutiōem nō tenorē h⁹ ꝑcepti. ¶ Ad illō ḡ Aug. dicūt ꝙ hoc dic̄. qa raro ꝯtīgit ſine pcō. peccat. n. ſi īfic̄ ſui amore nimio ul' alteri⁹ odio. Et iō dic̄ īterrogatiue. quō pcō ſūt liberi. ¶ Ad 2ᵐ dicūt. ꝙ ī caſu ꝑdicto ef ficit īterficiēs legis miſter. qa occidit iuſticia ꝛ ex ꝯceſſiōe legis. differēter tn̄ ī iſto ꝛ ī iudice. Nā iudex occidit ex iuſticia ꝛ officio. Iſte aūt ex iuſticia nō ex officio. ſic ē ī ſacerdote ꝛ layco quo ad baptiſmū vterqꝫ poteſt baptizare. Sacerdos ex officio ꝛ ꝯceſſione. Layc⁹ nō ex officio ſ ex ꝯceſſione ī neceſſitate. ¶ Ad tertium dicūt. ꝙ loqꝭ aug⁹ in caſu euitabil' nccītatꝭ. quando. ſ. facultas fugiēdi dat. Et quantū ad hoc dic̄ quomodo īculpati poſſint eſſe nō video. Et ī eodem caſu dic̄ Aug. ī eodē. Quomodo apud dinā prouidētiā pcō liberti ſunt: q pro his reb⁹ quaſ ꝯtemni oportet humana ſunt cede polluti. Uidet ḡ mihi legē iſtam que populo regendo ſcribit recte iſta ꝑmittere ꝛ ꝑ dinam prouidētiā uīdicari. ¶ Ad quartum dō. ꝙ tres ꝯditōes ponūt ad h̄ ꝙ liceat ī nccītate īterficere. Una ē ꝙ non ꝓ ſe: hoc eſt ꝓ ꝓpria vidcā. Alia ē ꝙ eius ꝑſone ꝯgruat. vt. ſ. nō cleric⁹ ſ layca ꝑſona ſit. Tertia ꝙ publica fūctōe teatur. Et hoc ꝯuenit ī ꝑdcō caſu: qa ex ꝯceſſione legis efficit miſter legis. Unde Ambro. ī li. ꝺ paradiſo. Nec is q homicidiū aliqđ īuit⁹ fecerit ex miſteriū ē. ſiqdē lex ait ꝺ eo. ꝙ dns dedit eū ī man⁹ ei⁹. Man⁹ ḡ ei⁹ dine vltōi miſteriū ꝑbuerūt. ¶ Ad aliō dō ꝙ non ē ſilr̄ de mechia ꝛ de occiſione. Nam ſicut dcm̄ ē dare uitam ſolius dei ē: nec ꝑhꝫ eam ꝑ miſteriū alicui⁹. Cognoſcere ꝟo non ē ſoli⁹ ꝺi īmediate: ſ poti⁹ dedit viro vī potētiā illā ordinaret ī ſuā. Uiuē. n. ē īmediate a deo. coire aūt nō. Ecōtrario ꝟo eſt quia occidere ex ꝯceſſiōe dina ꝑ legē ad ipſum ordīata ē ī miſterio ī caſu nccītatꝭ īeuitabil'

Mechari ṽo ſeu cognoſcẽ alienã nulla lege dĩna vel hũana ad dĩnã ordinata ꝑmiſſuȝ uel ↄceſſum ē. ¶ Ad vltimũ ṽo dõ. ꝙ ĩ neccite ꝑ tuẽdis tꝑalib⁹ quãuis ↄcedat̃ lege humana ĩterficẽ furẽ: nõ tñ lege dĩna: que diſtinguit ĩter diurnũ furem ⁊ nocturnũ. Nocturn⁹ ṽo qa nõ põt diſcerni vtrũ cã furãdi vel occidẽdi venerit: ꝑmittit̃ occidi a quolibet. diurn⁹ vero nõ.

Queritur poſtea an

ille qui ĩterficit nõ ex ꝓpoſito ſ; caſu fac̃ ↄtra h̄ p̃ceptũ. Ad qđ ſic. Gñ. 4. Lamech credens ĩterficẽ beſtiã ĩterfec̃ hoĩem: ⁊ reputatũ eſt ei ĩ hõicidiũ magis q̃ Chaim. vñ ibi ſequit̃ Qui ĩterfecerit Chaim ſeptuplũ puniet̃. Si ḡ homicidiũ Chaim fuit recte ↄtra illud p̃ceptũ. ḡ ⁊ homicidiũ Lamech: qđ fuit nõ ex ꝓpoſito ſ; ex caſu. ¶ Itẽ. 21. Exo. dr̃ ꝙ ſi quis ꝑcuſſerit mulierẽ p̃gnante: ⁊ fecerit abortiuum: ſi puerpiũ fuerit aĩatũ: reddet aĩam ꝓ aĩa. Sȝ ſine ꝓpoſito ⁊ ĩtẽtõe põt iſtud ↄtigẽ caſu. ḡ caſuale homicidiũ imputat̃. ſ; ñ niſi ↄtra h̄ p̃ceptũ. ¶ Itẽ canones plures interfectionẽ puniũt que fit caſu diſtĩctõe. 50. Sȝ pena nõ imponit̃ niſi ꝓ reatu culpe. ḡ ⁊c.

¶ Cõr. Que fiunt caſu nõ fiũt voluntate. q̃ nõ fiũt volũtate non ſunt culpabilia: qa vt dic̃ Aug⁹. P̃ctm̃ adeo ē volũtariũ. qđ ſi non ſit volũtariũ nõ ſit p̃ctm̃. ḡ nulla occiſio que fit caſu ē p̃ctm̃. ¶ Itẽ Aug. ad Publicolam Paul⁹ aplus fec̃ notas p̃ſidi ſibi ĩſidias p̃paratas. ob hoc accepit armatos. Si ḡ in illos inimicos incidiſſet Paul⁹: nũqd ĩ effuſione ſanguĩs eoꝝ ſuũ crimẽ agnoſcẽt: abſit. ⁊ tñ fiẽt caſu homicidiũ. ¶ Itẽ Aug⁹. ad Publicolam. Abſit vt ea q̃ ꝓpter bonũ actũ facim⁹ ſi qd propter h̄ preter noſtrã volũtatẽ cuiq̃ȝ mali acciderit: nobis imputet̃. Sȝ põt ↄtigẽ nobis licito ope vacãtib⁹. ſic ponit̃ caſu decretalis. 5⁰. li. ti⁰. de homicidio. de ſacerdote q ꝓpter moleſtiã corpis equum aſcendit: ⁊ equus p̃ter ſeſſoris arbitrium: freno rupto: quẽdã pueꝝ oppreſſit. ḡ ⁊c. ¶ So. hic diſtinguit̃ ſm decretalẽ. qa ĩterficiẽs caſu aut dabat opam rei licite: aut illicite. Si rei illicite: reputat̃ homicida ↄtra illud p̃ceptũ. Si ṽo rei licite: tũc diſtĩguẽdũ ſm canonẽ. Q2 aut adhibuit diligentiam quã debuit. aut non Si ſic: nõ reputat̃ homicida. Si nõ: reputat̃ homicida. Uñ dic̃ canon. di. 50ᵃ. Sepe ↄtingit dũ qs opi neccio ĩſiſtẽs arborẽ ĩcidat: vt aliqs ſbt⁹ ipſaȝ veniẽs depmat̃. Et idcirco ſi volũtate vel negligẽtia ĩcidentis arborẽ factũ ē vt homicida pniẽ dȝ omnino ſbmitti. Q2 ſi nõ: hec eũ ſnĩa ↄſtrĩgit. ¶ Ad illud vero qđ obr̃ de Lamech ſm h̄ r̃ndet̃: quia nõ adhibuit diligẽtiã quã debuit. et iõ ei eſt imputatũ: nõ tñ magis q̃ Chaim: lȝ dicat̃ ꝙ plus punit⁹ eſt. qa nõ ſeq̄t̃. ſi plus punit̃ tẽporalr̃ ꝙ maius ſit p̃ctm̃. ¶ Ad illud qđ obr̃ de muliere pregnãte dõ. ꝙ ꝑcutiẽdo nõ dat opaȝ rei licite: ⁊ ideo imputat̃ ei homicidiũ ſequẽs. ¶ Ad illđ quod obr̃ ꝙ canones puniũt interficiẽtes caſu. dõ ē. ꝙ hoc ē quãdo dãt operã rei illicite: vel nõ adhibẽt diligẽtiã quã poſſunt uel debent. alr̃ nõ puniunt. vñ Nicolaus papa di. 50. Si aliqua culpa ul̃ neglectu alicui⁹ ĩterit⁹ hoĩs cognoſcit̃ adueniſſe ꝑpetratum ē homicidiũ. Et decretalis Inno. ĩ predicto caſu de ſacerdote dic̃. ꝙ cũ idem capellan⁹ nec actu nec voluntate ꝑpetrauit: nec dedit opam rei illicite: nõ impediat̃ quominuſ dĩna poſſit celebrare. ¶ Ad illud ṽo qđ ex oppoſito p̃mo obr̃. qa qđ eſt inuolũtariũ nõ ē p̃ctm̃. dõ ſ; Jo. dam. ꝙ ĩuolũtariũ ſimplr̃ hoc quidẽ ē ꝑ ignorãtiã. hoc ꝑ violẽtiã. Inuolũtariũ ꝑ violẽtiã ē cũ tota cauſa actus deforis ē nihil cooperãte illo q patit̃. Inuolũtariũ ṽo ꝑ ignorãtiã cum non ipſi tribuim⁹ cãm ignorãtie: ſ; ita ↄtigit. uñ ſi ebrius homicidiũ fecerit ignorãs qdẽ fac̃ nõ tñ uolũtarie. Cãȝ. n. ignorãtie. ſ. ebrietatẽ ipẽ fec̃. Silr̃ ſi qſ ĩ aſſueto loco ſagittãs p̃reȝ trãſeuntẽ ĩterfic̃. Scõm h̄ ḡ dõ. ꝙ qñ caſui ſequẽti nos nõ tribuimus cãm aliquo mõ. ſ. operãdo uel negligẽdo dr̃ ĩuolũtarium. Qñ autẽ caſui ſequẽti aliquo modo cãm dam⁹: nõ eſt inuoluntariũ. ¶ Ad aliud patet ſolo ex iam dictis.

Cõſequenter querẽdũ eſt

utrũ iſto p̃cepto ꝓhibeant̃ occidere illi qui hñt ſpũalẽ poteſtateȝ ut ſacerdotes. Ad qđ ſic. Exo. 32. Moyſes fec̃ a leuitis ĩterfici. 23. millia hominũ: q adorauerãt uitulũ ↄflatilem. ¶ Item Numeri. 25. Phinees ĩterfecit iſraelitã coeũtẽ cũ madianitide. ¶ Itẽ p̃ R. 15. Samuel ĩterfec̃ Agag regẽ amalech. ¶ Item. 3. R. 18. Helyas ĩterfec̃ ſacerdotes baal. ¶ Itẽ Cyp̃anus dic̃ ꝙ p̃cepti legis memor Mathathias ĩterfec̃ illũ q ad ſacrificãdũ acceſſerat. 1. Mach. 2. Q2 ſi ante aduentũ xp̄i hec p̃cepta ſeruata ſunt: quanto magis

p⁹ aduētū xpi. ğ ſʒ h̄ ſacerdotib⁹ noue legis
licitū ē reos occidē. ¶ Ad h̄ dicūt qdaʒ ꝙ
ſacerdotib⁹ ueteris legis licebat. ſacerdoti
bus noue legis nō. Et rō hui⁹ eſt. quia cū ſᵐ
Aug. dr̄ia legis ꝛ euāgelii ſit timor ꝛ amor
miſtri legis debuerūt eē miſtri ſeueritatis
ad timorē. ſ miſtri euāgelii debēt eē miſtri
pietatꝭ ad amorē. Quia ğ illi debebāt arcere
a malis p timorē: congruebat eis maleficos
interficē. Et quia iſti debēt attrahē p amo/
rē: nō ꝯgruit eis īterficē. ¶ Sʒ ꝯtra hoc ſic
obr̄. Jo. Criſo. ſup Mat. omel. 17. Occidit phi
nees hoīem: et reputatū ē illi ad iuſticiam.
Petr⁹ ho geminū fec̄ homicidiū. ī Anania. ſ.
ꝛ Saphira. Actꝭ. 5. cū fuerit opus ſpūale qđ
factū ē. i. nō manuale. ¶ Itē Grego. ī dyalo
go. Petrus q Tabitā mortuā ſuſcitauit actꝭ.
.8. Ananiā ꝛ Saphirā mētiētes increpando
morti tradidit. ¶ Itē Hiero. ad Ripariuʒ.
Legi vīdictā phinees. auctoritatē Helye. ze
lū Symōis chananei: q ī duos magos zaroe
ꝛ Arphaſat ignitos ſerpētes retorſit. Item
Petri ſeueritatē Ananiā ꝛ Saphirā truci/
dātē. Pauli ꝯſtātiā: q Elimā magū eterna
ſeueritate dānauit. nō ē crudelitas crimina
pro deo punire ſ pietas. vn̄ ī lege dr̄. Si fr̄
tuus ꝛ amic⁹ ꝛc. voluerit depravare v̄itatē
effundes ſanguinē ipſoꝝ. Ex hoc ğ relinqꝉ
ꝙ quātū ad iudiciū occiſionis pares ſunt ſa
cerdotes noue legis ꝛ veteris. ¶ Itē cū cri
mina punire p deo ſit pietas: nō erit contra
miſteriū pietatis maleficos punire. ¶ Item
dic̄ aug⁹. Sūma religiōis eſt imitari eū quē
colis. Sʒ ipſe de⁹ auctoritate īterficit: iudex
miſterio. ğ miſteriū occiſiōis maxime ꝯgru
et ſacerdoti: q dʒ eē dei p̄cipuus imitator.
¶ Itē Leo quart⁹ ſcribit Ludouico. 23. c. q. 8
Quidā ī romanoꝝ portū ſarracenos uentu
ros eſſe dicebāt: p quo p̄cipim⁹ noſtrū ꝯgre
gari populū. ¶ Itē idem ī eadē. Nūquid ab
aliqb⁹ noſtros hoīes ſinim⁹ opp̄mi. ſ ſi necci/
tas vlla occurrēt: p̄ſtialr̄ vīdicam⁹. qa nr̄i
gregis vltores eē debem⁹: ꝛ p̄cipue adiuto/
res. Si ğ canonice ꝛ regulariter fec̄ illđ Leo
papa. ſ. occurrit inimicꝭ: ꝛ p̄ſtialr̄ vīdicauit
eadē rōne poſſūt hoc facē alii epiſcopi⁹ ꝛ ſa
cerdotes canonice. et illud qđ ſequitur ad
ſumptionē armoꝝ. ſ. pugnare ꝯtra hoſtes ꝛ
īterficē. ¶ Itē ſicut dr̄. 23. ca. q. 8. beat⁹ Greg.
ciuibus tuſcie vt ꝯtra Longobardos arma
pararēt mādauit. ¶ Itē eccl̄ia ordinat ſecu
larē p̄tātē vt papa imperatoreʒ. ğ tradit ei

auctoritatē ad ſuū officium. Si ğ auctoritas
impatoris ē interficē maleficū. et a papa ac/
cipit auctoritatē. ğ auctoritate pape interfic̄
Sʒ ille fac̄ cuius auctoritate fit. ğ ꝛc. ¶ Item
epi hn̄t p̄poſitos ꝛ ballinos ī cauſis ſāgnīs.
Sed illi ballini nihil agūt auctoritate ſua. ğ
auctoritate epoꝝ fundūt ſanguinē malefi/
coꝝ. ¶ Conť. btūs Ambro. aduerſus milites
gothos lachryme mee arma ſunt. talia enim
munimina ſunt ſacerdotꝭ. alr̄ nec debeo nec
poſſum reſiſtere. ¶ Itē canon ex ꝯcilio tole/
tano. Sacerdotes q ad miſteriū ſalutꝭ electi
ſunt ibi ꝯſentiant regibus fieri iudices: vbi
ſupplicii īdulgētia p̄mittiꝉ: nō vbi ſentētia
diſcriminis p̄paraꝉ. ſi quis ꝯtra hoc fecerit
ſit reus effuſionis ſanguīs apud xpm̄: ꝛ apđ
eccl̄iam perdat p̄priū gradum. 23. ca. q. 8.
¶ Itē canon Nicol. pape. di. 50. Cū diſcreti
ſint milites ſeculi a militib⁹ eccl̄ie: n̄ ꝯuenit
militib⁹ eccl̄ie militare ſeculo: p quod ad ef/
fuſionē ſanguinis nccē ſit p̄uenire. ¶ Item
btūs Ber. ad Euge. li. 4. de ꝯſideratōe. Ag/
gredere ſb̄ditos: ſ ṽbo non ferro. qđ denuo
vſurpare gladium temptes: quē ſemel iuſſ⁹
es reponē ī vaginam. ſ. ī Petro cui dictū eſt
mitte gladiū tuū ī vaginā. ¶ Itē. i. ad Thi.
.3. Oportet epm̄ ſine crimine eſſe nō uiolētū
nō p̄cuſſorē. ¶ So. ſicut dictuʒ ē hoc p̄cepto
prohibeꝉ qlʒ occidē ſua auctoritate. qa ğ mi
niſtris veteris teſtī ꝯmiſſa erat auctoritas.
miſtris ho noui teſtī nō ē ꝯceſſa auctoritas
vt p ſe īterficiāt. ideo ex ꝯn̄ti iſto p̄cepto p
hibeꝉ īterficere ī cauſa iuſticie. Ratio autē
q̄re eis negata ē auctoritas eſt duplex. Una
eſt qa miſtri noue legis debent eſſe miniſtri
māſuetudīs ꝛ amoris ad alliciēdū homines
ad bonū. Un̄ eis dr̄. 5. Mat. Nō reſiſtē malo
ꝛc. Et ibidē ſeqꝉ. Diligite inimicos veſtros
ꝛ⁹ bn̄facite his qui oderunt vos. qđ intellr̄
faciendū a miſtris noue legis: nō ſolū ī vo/
luntate animi: ſ etiā ī oſtēſione ſigni. ¶ Alia
ē ratio. qa miniſtri noue legis ſunt miniſtri
ſacramenti vniōis. ſacramētū. n. altaris re/
p̄ſn̄tat vnionē xpi ꝛ eccl̄ie: quam ſignificat
vnio anime ad corpus. Sicut. n. aīa corpus
viuificat. ita xps p hoc ſacramētū viuificat
eccl̄iam. vn̄ q diſſoluit vnionem corporis ꝛ
aīe ſacramēti illi⁹ vniōis: vnionē in ſe non
poteſt demōſtrare. Et iđ irreglāris ē ad h⁹
ſacramēti miſteriū exequēdū. queadmodū
bigam⁹ q carnē ſuā diuiſit cū vxorib⁹ plib⁹.
Et ſicut dic̄ canon. 15. ca. q. 2. Quedā ſunt q̄

⁊ ſi nō imputet̃ ad penā: tamen impediunt
ſacramẽti ſignaculū. et introducit̃ auctoritas
Hieronymi: q dic̃ de illo q ꝓpter diſciplinā
caſu occidit. quātū ad culpā inocēs eſt: q̄tū
ad legē reus ē. legē dico ſacramēti. Inde eſt
ꝙ cū alii ordines eccl'ie ad ſacramentū alta
ris referāt̃: qa oēs ordinati aut ↄficiunt ſa-
cramētū: aut deſeruiūt ↄficiēti: debent carē
diuiſione que opponit̃ ſacramento vnitatꝭ. et
ideo nō licebit miſtris eccleſie iterficē. ſan-
guinē effundē. mēbrū mutilare. Miſtris ꝟo
veteris teſtamēti: q erāt miſtri timoris ad
cohercēdū a malo: et p ↄñs miſtri diuiſionis
aīaꝝ a malis ↄpetebat auctoritas ⁊ execu-
tio iterfectiōis. vñ pꝫ ſolo ad ṗmas auctori
tates obiectas de miſtris veteris te. ¶ Ad
illud ꝟo beati Cyꝑani: ꝙ poſt aduentū xp̄i
p̄cepta iudicioꝝ ſanguis ſeruāda ſunt. ↄce
dēdū ꝙ tpe grē ſūt ſeruāda: ꝟ nō a miſtris
ſpūaliū ⁊ ſacramētoꝝ: q ſunt miſtri mīe ⁊
māſuetudīs ⁊ repātatores unionis. ꝟ ut ṗn
cipib⁹ mūdanoꝝ q ſeueritatis legal' imita-
tores ſunt miſtri ſeparatōis ⁊ cohertiōis a
malis. ¶ Ad illud Criſo. dō. ꝙ improprie dr̃
Petr⁹ homicidiū feciſſe. hic enī dr̃ res fieri
illo tropo q̄ i ſcriptura fieri dr̃. cū predicit̃:
vł' inoteſcit. Petr⁹ ḡ dr̃ Ananiā ⁊ Saphirā
interfeciſſe. qa eoꝝ mortē quā dyabol⁹ effi-
cere debebat: ṗdixit ⁊ cām. ſ. culpā patefecit
vñ i actib⁹ dixit Saphire. Ecce pedes eoꝝ q
ſepelierūt viꝝ tuū. ad hoſtiū ſunt ⁊ efferet
te. et ſtatim expirauit. ¶ Ad illud aūt beati
Grego. dō. ꝙ aliud ē icrepādo morti tradē:
⁊ aliud interficē. Tradē. n. morti ē pluribus
modis. Uno mō tradere morti iferende ab
homine. et hoc mō Petr⁹ nō tradidit Ana-
niam ⁊ Saphirā. Alio mō tradere morti in-
ferēde a demone. et illō tradere ē excōicare
et hoc modo tradidit Paul⁹ ⁊ etiā Petrus
ſathane: ꝟ nō intentōe occiſionis: ꝟ intētōe
punitōis ad correctōem alioꝝ: ſic̃ Petrus. ul'
ad correctionē eorūdē ſic̃ Paul⁹. p̄ᵃ ad Thi.
.i. vbi dic̃. Q Hymeneū ⁊ Alexādrū tradi-
dit ſathane. vt diſcant nō blaſphemare. Et
p̄ᵃ cor. 5. De fornicatore iudicaui eum qui ſic
opat⁹ eſt tradere ſathane i interitū carnis:
ut ſpūs ſaluus fiat. ¶ Ad illud ꝟo btī Hie.
dō. ꝙ dr̃ia eſt inter miſtros veteris legis ⁊
noue: nō ſolū i his que dicta ſunt quātū ad
dr̃iam ſeueritatꝭ ⁊ mīe: qa illi ṗncipalr̃ ſeue
ritatis. iſti mīe ſunt miſtri. ꝟ etiam i iudicio
ſeueritatꝭ: qa iſti gladio ſpūali. illi ꝟo gladio

materiali iudicia exequūt̃. iſti ꝟbo. illi ferro
iſti ꝟbo qđ ē gladi⁹ ſpūs ad diuiſionem aīe ⁊
ſpūs. i. iordinatōis ſenſualitatꝭ a rectitudīe
rōnis ad Hebre. 4. Illi ꝟo ferro. i. mālī gla-
dio ad diuiſionē anime ⁊ corporis hoc ē vite
aīalis. ¶ Uñ nō ꝙ ſicut ṗus ē qđ aīale ē. de
inde qđ ſpūale. p̄ᵃ cor. 15. ⁊ uita aīalis ṗuſq̄
vita ſpūalis. Uitā aūt aīalem dico que eſt
in vnione anime ⁊ carnis. vitā ꝟo ſpūalē in
ordinatōe ſenſualitatꝭ que dr̃ aīa: ⁊ rōnis q̄
dr̃ ſpūs. ita miſteriū diuīe iuſticie diſtributū
ē miniſtris veteris teſtī i gladio mālī i ſepa
ratōem aīe ⁊ carnis. Miſtris ꝟo noui teſtī
i gladio ꝟbi ſpūali ad diuiſionē aīe ⁊ ſpūſ. In
illo miniſterio ē ratio timoris. i iſto rō amo-
ris: hinc dicētib⁹ aplis. ecce duo gladii. Re
ſpōdit dñs. Satis ē. ¶ Ad illud btī aug. Sū
ma religiōis ē imitari quem colis. dō. ꝙ tria
ſunt genera opeꝝ diuīoꝝ. ſ. opa ſapīe. poten
tie. bonitatis. In opib⁹ potētie vt creatiōis
⁊ miracl'oꝝ: nō querit de⁹ imitatorē. vnde
Lucifer qa voluit eſſe ſilis i potētia deo: p̄
cipitat⁹ ē Iſa. 14. Silr̃ nec i archanis ſapīe.
Uñ Adam qa voluit eē ſilis i ſcīa: de para-
diſo eiectus ē. Gñ. 3. Eritis ſicut dii. Operū
ꝟo bonitatꝭ alia ſunt pietatꝭ ⁊ mīe i quibus
vult ꝙ omnes imitet̃ eū. Mat. 5. Eſtote mi-
ſericordes ſic̃ ⁊ pr̃ ueſter ⁊c. Alia ꝟo ſunt pu
nitiōis ⁊ vidicte: ⁊ i his non vult vt pfecti
imitent̃ eū ꝓpter duo. ꝓpter ſacr̃m vnionis
ↄmdādū: qđ requirit miſtros ↄgruos i qb⁹
non iueniat̃ oppō diuiſionis. ¶ Alia ratio eſt
ꝓpter ↄmēdādā clemētiā ſue miſatōis ut i
hoc inuat ꝙ quaſi coactus punit. ſicut dr̃. 3.
Tren. Nō ex corde ſuo humiliauit ⁊ abiecit
filios hoīum. et itroducit̃ ꝟba dñi puniētꝭ
quaſi plangētꝭ. Iſa. i. Heu ↄſolabor ō hoſtib⁹
meis. ut ſit ei⁹ ꝓpriū de hoſtib⁹ miſereri. Iō
miſtri noue legis q debēt eē i pfectiori imi-
tatōe dei: debēt ipꝫ imitari i ope pietatꝭ: nō
i diſtrictōe ſeueritatꝭ. ¶ Ad illud Leonis ⁊
Grego. dō. ꝙ hoc nō dr̃ ꝓpter hoc ꝙ liceat
ſacerdoti uel pape arma arripe: ꝟ qa poſſūt
ſeculari ṗncipi cui mālis gladi⁹ ↄmiſſus eſt:
armoꝝ ſumptionē cont̃ maleficos ſuadere.
ſicut illi qui habēt minorib⁹ ⁊ maioribus di
uinas leges exponē ⁊ p̄dicare. i qbus preci-
pit̃ ſecularib⁹ poteſtatib⁹. maleficos nō pa-
tieris uiuē. Exo. 23. et deut. 13. Si audieris in
una urbiū tuaꝝ quas dñs deus tuus dabit
tibi ⁊c. Et poſt ſeqtur. Si iueneris certuꝫ eē
quod dr̃ ⁊ abhoīatōem hanc ope ꝑpetratā

ſtatim ꝑcuties hītatores illiꝰ ī ore gladii.
¶ Ad aliud qđ obicit de imperatore ꝙ ordi
dinať a papa dđ ꝙ verꝫ ē ꝙ recipit ꝑtātem
a papa ad puniēdū maleficos. executionem
aūt ꝑtātis accipit a lege a deo. ꝗ̄ ꝑ papā re
cipit auctoritatē ut ſit miſter legis ⁊ iuſticie
diue. ſ; ab ipſa lege auctoritatē uſus miſterii
iuſticie. Uñ Aug. ī q̄ōnibꝰ leuitici. Cū homo
iuſte occidiť lex occidit: nō tu: diċ iudici ſe
culari. Si aūt obř ꝙ ille faċ cuius auctori
tate fit. Uñ papa ⁊ epī q̄ habēt ꝓpoſitos iu
dices ſanguīs videť occidē dđ. ꝙ ē auctori
tas iubēdi. ⁊ ē auctoritas īnuēdi. Jn auctori
tate iubēdi ſeqť. ille faċ cuiꝰ auctoritate fit.
Jn auctoritate ꝟo īnuendi nō ſeqť. Eſt antē
auctoritas iubēdi occidere maleficos penes
imꝑatorē. Auctoritas ꝟo īnuēdi penes papā
⁊ ſacerdotes. Eſt aūt iſta īnuitio diue legis.
ut dictū ē: ꝑdicatio. et ut ꝑncipes legi diue
obediant exhortatio. Uñ Ber. ī 4°. li. de ↄſi
deratōe ad Eugenium. oñdit qualř uterq̄
gladius eſt eccłie mālis ⁊ ſpūalis. et ꝙ ad
ipſam ꝑtinet gladius mālis ⁊ ſpūalis. et ꝙ
ad ipſam ꝑtinet gladiꝰ materialis nō q̄tuꝫ
ad uſum vel quātū ad iuſſum ſ; quantū ad
nutū. Uñ diċ hoc modo ad Euge. Qui gla
diū mālem tuū negat: nō ſatis mihi videť
attēdere ꝟbum dñi dicētꝪ. ↄuerte gladium
tuū ī vaginā. tuus ꝗ̄ ⁊ ipſe tuo forſitan nu
tu et ſi nō tua manu euaginādꝰ. Alioquin ſi
nullo modo ad te pertineret dicētibꝰ aplis.
Ecce duo gladii. nō rñdiſſet dñs. ſatis eſt. ſ;
nimis eſt. Uterq̄ ꝗ̄ gladiꝰ eccłie ē ſpūalis ⁊
mālis. ſ; is quidē ꝓ eccleſia. ille ꝟo ab eccłia
exercēdus. ille ſacerdotis. is militꝪ manu. Sꝫ
ſane ad nutū ſacerdotꝪ ⁊ ad iuſſū imꝑatoris.
Et ꝑ hoc ſoluūť omnia obiecta.

Reſtat querere de

genere occiſiōis que ī hoc p̄cepto ꝓhibeatur.
Et ex p̄cedētibꝰ vř ꝙ ꝓhibeať occiſio corpo
ralis: que ē ī ſeꝑatōe aīe a corpore. ¶ Sꝫ q̄riť
vtrū ꝓhibeat occiſio quocūq̄ mō dicta. vꝫ
corporalis ⁊ ſpūalis. Ad qđ ſic. augꝰ. ſuper
pſ. Noli putare te nō eſſe homicidā: quādo
fratri tuo malū ꝑſuades. Si frī tuo mala ꝑ
ſuades occidis. et ut ſcias q̄ ga occidis: audi
pſalmiſtā dicētē. Filii hominū dētes eorum
arma ⁊ ſagitte ⁊ lingua eoꝝ gladiꝰ acutꝰ.
¶ Jtem exo. 20. ſuper illud. nō occides. glo.
Manu vel mēte: uel ſb̄trahēdo ſb̄ſidiū uite
ei cui debes dare. ¶ Jtē. 5. Deu. ſup illud nō
occides. Glo. re vel volūtate. q̄ enī odit frēꝫ
ſuū homicida ē: vel ſb̄trahēdo qđ potes ꝑ
ſtare. Ex his igiť relinquiť ꝙ hic ꝓhibetur
homicidiū ſpūale: qđ ē ī odiēdo. ſeu malum
ↄſulendo. et homicidiū dř nō ſolūmō ī cō
mittēdo. ſ. ī inferēdo mortē: ſ; etiā ī omitten
do. ſ. ī ſb̄trahēdo bñficiū ad ↄſeruationem
vite ꝓximi. ¶ Pretēa queriť vtrū iſto p̄ce
pto ꝓhibeať occiſio quolibet modo dicta.
Ad qđ ſic. 5. ſapīe. Os quod mentiť occidit
animā. mēdaciū igiť eſt occiſio anime. Si ꝗ̄
hic ꝓhibereť quelꝫ occiſio ſpūalis: ꝓhibētur
hic mēdaciū. et pari rōne quodlibꝫ peccatū
mortale. nā oē pc̄m̄ mortale occiſio ē aīe. Si
ꝟo dicēť ꝙ ñ ꝓhibeť hic occiſio ſpūal niſi illa
que ē ꝓximi. ¶ Conť. hic ꝓhibeť occiſio cor
poralis ſui ⁊ ꝓximi ſicꝫ ſupradictū eſt. ꝗ̄ ſi hic
probibeť occiſio ſpūalis: ꝓhibeť ⁊ ſui ⁊ ꝓxī
et ita quodlibꝫ pc̄m̄. qđ q̄ ga ē falſum: reliqꝫ
ꝙ nō ꝓhibeť hic niſi occiſio corpalis. ¶ Jtē
queriť vtrū iſtud p̄ceptū ſit gñale ad plura
p̄cepta. Ad qđ ſic. augꝰ. ↄtra fauſtū ī li. i. q̄ ga
iudei nō ītelligebant homicidiū niſi corpis
humani: ꝑ quod vita ꝑuareť. Aperuit dñs
omnē iniquū motū ad nocēdū frī ī homici
dii genere deputati. Sꝫ ī furādo. falſum te
ſtando. ⁊ hiꝰ eſt iniquus motꝰ ad nocēdum
ꝓximo. ꝗ̄ furta. falſa teſtimonia. ⁊ hiꝰ ē ini
quuſ motꝰ ad nocēdū ꝓximo. ꝗ̄ debēt ī homi
cidii gñe deputari. ꝗ̄ cum omne genus ho
micidii hic ꝓhibeat: erit hoc mādatū gene
rale ad alia: quibꝰ ꝓhibeť ꝓximo nocumētū
¶ Jtem omnis p̄uaricatio ↄtra preceptum
quodlꝫ 2e tabule: aut eſt ↄtra īnocētiā īferē
do nocumētū. aut ↄtra bñficētiā ſb̄trahen
do bñficiū. Sꝫ ſ;ᵐ aug. hic ꝓhibeť nocumēti
illatio. ſilř ꝓhibeť ſb̄tractio bñficii ſicut glo.
diċ. et ſicut diċ ambroſius ī li. de officiis. Pa
ſce fame morētē. q̄ſq̄s enī paſcēdo hominē
ſeruare poteris: ſi nō paueris occidiſti. ꝗ̄ iſto
p̄cepto ꝓhibeť omnis p̄uaricatio: que ē ↄtra
aliquod p̄ceptoꝝ 2e tabule. ꝗ̄ ē generale ad
p̄cepta 2e tabule. ¶ Jtē Hiero. ſup Jſa. Oīs
iniquitas ⁊ oppreſſio ⁊ īiuſticia iudiciū ſan
guis ē. et lꝫ gladio nō occidas: volūtate tñ
īterficis. Sꝫ īiuſticia ⁊ inigtaſ generalia ſūt
ad furtū. falſum teſtimoniū. mechiā. ⁊ hiꝰ. ꝗ̄
iſta ſunt iudiciū ſanguīs. ꝗ̄ ⁊c. ¶ Jtem oīs
inigtas ē iudicium ſanguīs. Omne pc̄m̄ eſt
inigtas. ꝗ̄ omne peccatū iudiciū ſanguīs eſt
ſ;m verbum Hieronymi. Eſt igiť h̄ p̄ceptuꝫ
generale. ¶ Jtem ī epła ClemētꝪ hōicidioꝝ

tria gña dicebat btũs Petrꝰ. Sicut enĩ homici
das īterfectores fr̃ũ: ita detractores eorum:
coſq; odiẽtes homicidas eſſe manifeſtabat.
Detractio igit̃ ē homicidiũ. Sꝫ omne falſuꝫ
teſtioniũ ē detractio. ğ ⁊ homicidiũ eſt. Eſt
igit̃ hoc p̃ceptũ ꝓhibẽs falſum teſtioniuꝫ.
¶ Cont̃. Illud p̃ceptũ ɔnumerat̃ cũ ceteris
et eſt vnũ de decẽ ṽbis. ğ nõ ɔp̃hendit alia.
Sꝫ ſi extẽdet̃ ad homicidiũ ſp̃uale: ɔp̃hẽdet̃
alia. ğ nõ extẽdit̃ ad homicidiũ corpale.
¶ Itẽ ſcãdalũ eſt homicidiũ ſp̃uale. q̃a p̃bꝫ
alii occaſionẽ mortis ſp̃ual̃. ſic dr̃ ad ro. 14.
Scãdelizari ꝓpter eſcã noli deſtruere opus
dei. ¶ Itẽ. i. ad Cor. 8. ĩ eodẽ caſu dic̃. Si qs
viderit illũ q hꝫ ɔſciam recumbẽtẽ ĩ idolio
edificabit̃ ad mãducãdũ ⁊ pibit ĩ tua ɔſcia
frater ꝓpter quem xp̃us mortuus ẽ. Si ergo
ſp̃uale homicidiũ ꝓhibet̃ h. ꝓhibet̃ h ſcan-
dalũ. Sꝫ ſcandalum põt eſſe pc̃m idolatrie
qd̃ eſt ɔtra p̃mũ p̃ceptum. et piurium: qd̃ ẽ
ɔtra 2m. et violatõ ſabbati: qd̃ ẽ ɔtra 3m. et
inhonoratio: quod ẽ ɔtra quartum. et ſic de
aliis. Sic ğ ꝓhibet̃ h oĩs p̃uaricatio alioꝝ
p̃ceptoꝝ: quod falſum eſt. Relig̃t igit̃ q̃ nõ
prohibet̃ h niſi corporale homicidiũ. ¶ Itẽ
querit̃ vtrũ ꝓhibeat̃ h tm̃ homicidiũ manꝰ
et cum dicant auctoritates q̃ lex ꝓhibebat
manũ nõ animũ. Sꝫ hoc nõ erit ĩ ꝓhibitõe
niſi homidiũ manꝰ. ¶ Cont̃. Aug. Pericloſe
decipiũt q exiſtimãt eos tm̃ homicidas qui
manibꝰ hominẽ occidũt: ⁊ nõ potiꝰ eos: per
quoꝝ ɔſiliũ ⁊ fraudẽ ⁊ exhortationẽ hoĩes
extiguũt̃. Nã iudei nequaq̃ ꝓpriis manibus
dñm occiderũt: ſic ſcriptũ ẽ. Nõ licet nobis
īterficẽ quẽq̃. Mat. 27. ¶ Item Aug. Mors
xp̃i iudeis imputat̃: q̃a ipſi liguis īterfece-
rũt dicentes. Crucifige. crucifige. vñ vnus
euãgeliſta dic̃ dñꝫ crucifixũ hora tertia. aliꝰ
ſexta: q̃a iudei crucifixerunt eũ hora tertia
lĩgua. milites hora ſexta manibꝰ. ¶ Itẽ ca-
non Martini pape di. 50. dic̃. q̃ homicidium
ɔmittit̃ facto. p̃cepto. ɔſilio. Si dicat̃ q̃ manꝰ
quã ꝓhibet lex ẽ oĩs operatio exteriꝰ expſſa
Et ita operatio queciiq; ul̃ cooperatio ad mor
tem alicꝰ h ꝓhibet̃. Querit̃ vtrũ ꝓhibeat̃
volũtas. et ſi ꝓhibet̃: quare nõ exp̃mit̃ ſicut
circa mechiã ⁊ furtũ. Q̃ aũt ꝓhibeat̃ expſſe
dic̃ glo. 20. exo. ſup illud. nõ occides. glo. vo
lũtate. ¶ Item cum nõ oĩs q odit fratrem:
velit ei inferre mortẽ: vel q̃ ab alio illi īfera
tur: quare dic̃ Io. p̃ꝰ. 3. Qui odit fratreꝫ ſuũ
homicida ẽ. ¶ Sol. occiſio hoĩs vel hõicidiũ
dr̃ duobꝰ modis. ṽe. ſ. ⁊ īterpretatiue. Inter
p̃tatiue duobꝰ modis. Omittẽdo ſi nõ ſbue-
nit: cũ videt p̃ximũ ĩ nc̃citate extrema. Au
gu. ɔtra fauſtũ. i. li. Iſtud preceptũ quod ẽ.
nõ occides: nõ ſeruas. Nõ. n. das eſuriẽti pa
nem. vel ſi incurras ĩ eum famelicũ: q mori
poſſet: niſi porrigẽdo cibũ ſbueniaſ: iã tu ho
micida teneberis. Cõmittẽdo corde. ore. ope
Corde odiẽdo. i. Io. 3. Qui odit fratrẽ ſuũ ⁊c̃
Ore duobꝰ modis. detrahẽdo. ſic dic̃ beatꝰ
Petrus. Detractores homicidas eẽ. Malum
ſuadẽdo ſic dic̃ beatꝰ Augꝰ. Si frĩ tuo mala
pſuades occidis. Ille q ĩ ſua ɔſcĩa occidit:
q̃a vellet nõ eſſe aut nõ bñ eſſe quem odit.
detractor occidit p̃ximũ ĩ ɔſcĩa aliena: ĩ qua
viuebat p bonã opionem. mali pſuaſor occi-
dit eũ ĩ ɔſcĩa eiuſdẽ ĩ qua viuebat p bonam
volũtatẽ: ⁊ poſt morit̃ p pc̃m. ¶ Ope ſcan
dalizando p malũ exemplum. Unde beatus
Greg. de p̃lat. Tot mortibꝰ rei ſunt: quot ad
poſteros pditõis exempla trãſmittũt. Uere
ɔmittit̃ homicidiũ ĩ corpiſ ⁊ aĩe diuiſione: qd̃
ɔtigit tribꝰ modis. neceſſitate. caſu. volũta
te. Neceſſitate euitabili vel ĩeuitabili. Caſu
dando operã rei licite vl̃ illicite. et ſi licite:
aut adhibita diligẽtia debita. aut nõ adhi-
bita diligẽtia. Et patet ex p̃dcĩs quomodo
imputat̃. et quomodo non. Et quomodo fit
ɔtra hoc preceptum. et quõ nõ. ¶ Uolũtate
aũt iuſte ⁊ ĩiuſte. Iuſte quãdo debita cauſa
iuſtus ordo. iuſtus aĩus iudic̃ occidentĩ. et ñ
eſt ĩ hac ꝓhibitõe. Iniuſte quando aliquod
iſtoꝝ triũ deeſt. et fit tribꝰ modis. Cõſilio. p̃
cepto. facto. ſic dic̃ canon Marti. et iſtud ho
micidium vl̃r ⁊ diſtĩcte: ⁊ ꝓp̃ie h ꝓhibet̃.
Cum ğ querit̃ vtrũ ꝓhibeat̃ hic occiſio quolꝫ
modo dicta dd̃. q̃ ꝓp̃ie h ꝓhibet̃ occiſio cor
poralis. Improp̃e ṽo et ex ɔñti ⁊ īterp̃tatiue
occiſio ſp̃ual̃. Si. n. aĩa melior corpore: et vita
aĩe melior vita corporis. et mors aĩe peior
morte corporis. Qui ğ ꝓhibet īferẽdã mortẽ
corpalẽ: multo magis ꝓhibet īferendã mor-
tem ſp̃ualẽ. nõ tñ ꝓp̃e poteſt dici ab aliquo
īferri mors ſp̃ual̃ alicui: queãdmodũ mors
corpal̃. Mors. n. corpal̃ īfert̃ alicui p cãm ⁊
violẽtiam. Mors vero ſp̃ualis culpe nõ põt
īferri alicui ab aliq̃: niſi p occaſiõem: q̃a cl̃pa
nõ põt fieri ĩ nobis niſi nobis volẽtibꝰ ⁊ cõ-
ſentiẽtibꝰ: quãuis occaſio poſſit eſſe ĩ ṽbo ⁊
facto. et iõ occiſio ſp̃ual̃ dr̃ īferri ĩp̃op̃e ⁊ in
terp̃tatiue: q̃a p occaſiõem nõ per cãm.
¶ Ad illud qd̃ obĩ̃ de mẽdacio ⁊ quolibet

peccato mortali ꝙ occiſio ē. vō. ꝙ quodlibet
peccatū mortale effectiue vr̄ occiſio ſpūalis:
qa ex quolibet aīa occidit̄: ſ; nō formalr̄: niſi
ſolū illa que ſūt occaſio alteri peccādi. i. ſpi
ritualr̄ moriēdi: ſic̄ ē mali pſuaſio. vel factū
min⁹ rectū pbens alteri occaſionē ruine: vel
ꝙ moriat̄ ī ɔſciā ꝓpria p odiū. vt ibi nō vi-
uat p amorē. vel ꝙ moriat̄ ī ɔſciā alterius p
detractionē. vt ibi nō viuat p bonā opionē;
¶ Ad illud ꝯo qȯ querit̄ vtrū illud p̄ceptū
ſit gn̄ale vō. ꝙ nō: imo eſt ſpāle. Et ad illud
Aug. ꝙ homicidiū intellr̄ oīs mot⁹ ad nocē-
dum: intelligēdū cū determīatōe: quo. ſ. no-
cet pſone: nō quo ad res pſone: ſ; quo ad eſſe
ipſi⁹ pſone. et iō nō obſtat qȯ obic̄ de furto:
ꝛ falſo teſtimonio ꝛ aliis. ¶ Silr̄ ad aliȯ ꝯo
qȯ dic̄ ꝙ ſbtractio bn̄ficētie phibet̄ h̄ ꝛ no
cumētū gn̄alr̄. p; de nocumēto. De ſbtracti-
one ꝯo beneficētie ſilr̄ vō. ꝙ nō intellr̄ gene
ralr̄: ſ; ſbtractio ſolū debiti bn̄ficii ī caſu ne-
ceſſitat̄ ex quo mors ɔtigit. ¶ Ad illȯ autē
qȯ obic̄ ȯ inīqtate ꝛ īiuſticia ſilr̄ vō. ꝙ illȯ
nō vr̄ gn̄alr̄: ſ; ſolū de īiuſticia ꝛ inīqtate: q̄
p oppſſionē alicui⁹ īfert̄ mors vel accelerat̄
Ad homicidiū. n. ptinet īferre ſtatim mortē
vel accelerare mortē. ¶ Ad illud ꝯo btī Pe
tri iā; p; r̄nſio. Nā detractio nō vr̄ mors niſi
īterp̄tatiue ꝛ īpropriē. ¶ Ad ſequētia ꝯo p;
r̄nſio. Nā phibet̄ ſm̄ ītentionē legis homici
diū volūtat̄ ꝛ opis: vel coopatiōis: quāuis
ſ;ᵐ ītellectū carnaliū iudeoꝝ ītelligēt̄ ſolū;
de homicidio opis vel coopatōis. ¶ Ad vl-
timū ꝯo qȯ querit̄. ſ. quare nō ē ꝓhibitio uo
lūtatis diſtincta circa occiſionē ſic̄ circa me-
chiam ꝛ furtū. r̄nſū ē ſupra qōe de numero
preceptoꝝ. et infra ampli⁹ declarabit̄.

Tranſeundū eſt

ad ſextum preceptum: quo vr̄. non
mechaberis. Circa qȯ ingrēda ſunt plura.
¶ Primo vtrū ſit p̄ceptū pᵉ tabule vel zᵉ.
¶ zᵒ vtꝝ ſit p̄ceptū morale legis nature: ul̄
morale diſcipline. ¶ 3ᵒ vtrū coit⁹ maris ꝛ
femine nullo addito ſit phibit⁹ hoc p̄cepto.
¶ 4ᵒ vtrū ɔcubinari⁹ phibeat̄. ¶ 5ᵒ vtrum
coit⁹ fornicari⁹. ¶ 6ᵒ vtrū coit⁹ īceſtuoſus.
¶ 7ᵒ vtrū bigamia. ¶ 8ᵒ vtrū coit⁹ ɔiugal̄
īordinat⁹. ¶ 9ᵒ vtrū mechia mētalis ul̄ cor
poralis phibeat̄ hoc p̄cepto. ¶ Decimo de
ɔparatōe hui⁹ precepti ad alia.

Ad primū obicitur

ſic. Deute. 5ᵒ. ſup illud. non mechaberis. glo.
Adulteriū phibet carnale vl̄ ſpūale. et iteꝝ
ſpūalis fornicatio ē idolatria ꝛ ſcripturaꝝ
expoſitio praua. S; ɔſtat ꝙ phibitio idola-
trie ptinet ad p̄mū p̄ceptū p̄me tabule: ꝛ p
hibitio praue expoſitōis ſcripturaꝝ ad zᵐ p̄
ceptū p̄me tabule. nō aſſumes nomē dei tui
ī vanū. g̃ illud p̄ceptū extēdit̄ ad p̄ceptum
illud p̄me tabule. ¶ Itē Iſidor⁹. Fornicatio
carnis adulteriū ē. fornicatio aī ſeruit⁹ ido-
loꝝ eſt. etiā ſpūal̄ fornicatio de qua dic̄ dn̄s.
Qui uiderit mulierē ad ɔcupiſcēdū ea; ꝛc.
Cum igit̄ hic gn̄alr̄ phibeatur fornicatio: ꝛ
idolatria ſit fornicatio aī: idolatria hic phi
bet̄. ¶ Si dicat̄ ꝙ p̄ceptum illud pōt accipi
lr̄alr̄ ꝛ allegorice. Allegorice acceptū ptinet
ad p̄mā tabulā: ī qua phibet̄ idolatria ꝛ he
reſis: que ſunt fornicatio ſpūal̄. Litteralr̄ g̃
ītellectū ē preceptū zᵉ tabule. ¶ Cont̄. pᵃ ad
Cor. 6. Neſcitis qm̄ mēbra ueſtra tēplū ſunt
ſpūs. ſ. ꝛ ī eadē epl̄a. c. 3. Si quis templū dei
violauerit diſpdet illū deus. Inde arguit̄.
Si violatio templi exterioris eſt ſacrilegiū:
ꝛ ɔtra p̄ceptū p̄me tabule ī q̄ p̄cipit̄ honor
dei. g̃ multo magis violatio tēpli interioris
ꝛ ſpūal̄ erit ſacrilegiū ꝛ ɔt̄ p̄ceptū pᵉ tabu
le. Cum ergo fornicatio corporalis templum
dei ſpirituale polluat erit ſacrilegium ꝛ cō-
tra p̄ceptum prime tabule. ¶ Itē in p̄ceptis
zᵉ tabule phibet̄ leſio ꝛ īiuria ꝓximi. S; in
ſimplici fornicatōe nulla ē īiuria ꝓximi. qa
ē cum ſoluta: que nō ē alicuius ꝓpria: ſ; ſue
poteſtat̄: nec īde aliqua eſt querimonia. g̃ n̄
ē prohibitio illi⁹ precepti zᵉ tabule. ¶ Ꝯo. ſic̄
vr̄ ī zᵒ Ezech. Liber ſacre ſcripture ſcriptuſ
ē ītus ꝛ foris. Intus quātū ad ſpūalē intelli
gētiā. Foris quātū ad lr̄alē. Si g̃ illȯ p̄ceptū
attēdat̄ quātū ad intelligētiā ſpūalē: ꝛ hoc
impropꝛie: erit illȯ p̄ceptū idem p̄mo p̄cepto
p̄me tabule: quo phibet̄ idolatria. uel zᵒ quo
phibet̄ hereſis: que dicūt̄ fornicatōes. Oſee
zᵒ. De ſynagoga ꝛ hereſi auferat fornicatio-
nes ſuas a facie ſua: ꝛ adulteria ſua de me-
dio ubeꝝ ſuoꝝ. ¶ Si aūt attēdat̄ illud pre
ceptum zᵒ mō ꝛ ꝓpꝛie: prohibet̄ hic fornicatō
corporalis. et h̄ mō eſt p̄ceptū zᵉ tabule. De
iſta aūt fornicatōe que ſic phibet̄ ī h̄ p̄cepto
vr̄ pᵃ ad Cor. 6. Corpus aūt nō fornicationi
ſ; dn̄o. ¶ Et ſi obiciat̄ ꝙ p̄cepta decalogi lit
teralia ſunt ꝛ nō allegorica. et iō p̄ceptum
illud ſolum lr̄ale erit ꝛ nō allegoricū. Dicen
dū ꝙ p̄cepta decalogi duplicē hn̄t reſpectū

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Unū ad legē lr̄alē: que eſt lex nālis cuius ex
plicatio ſunt. et h̄ mō ſolū ſunt lr̄alia. Aliū
ad legē figuralē que eſt lex Moyſi in qua ex
plicita ſunt. que eſt lex umbre ⁊ imaginaria
ſicut dr̄ ad hebre. io. et hoc mō allegoricam
interpretatōem recipiūt. ¶ Ad illud ꝟo qd̄
obr̄ ī ꝯtrariū de uiolatōe templi dd̄. ꝙ nō ē
ſil̄e de templo māli ⁊ ſpūali. Nam templum
māle nō honorat̄ niſi ꝓpter cultū dei. et iō
violare illud ē īiuriari deo ꝓprie. ꝓxim⁹ ꝟo
honorat̄ ⁊ qa ꝓxim⁹: ⁊ qa dei templū. vnde
iniuria ꝓximi: qa eſt ꝓxim⁹: non ē ꝓprie iniu
ria dei. Iniuria ꝟo qa templū di metbapho
rice dr̄ iniuria: quēadmodū homo vel corp⁹
hoīs dr̄ templum. et ideo methaphorice dr̄
ſacrilegiū ⁊ improprie. ¶ Ad vltimū quod
obīc̄ dd̄. ꝙ ī ſimplici fornicatōe fit iniuria ꝓ
ximo: qa noīe ꝓximi intellr̄ homo in vtroqꝫ
ſexu. vn̄ quāuis mulier ſit ſoluta: ⁊ etiā ve
lit hoc: nihilomin⁹ tn̄ ei fit iniuria: quemad
modū ſi de volūtate tua eēt ꝙ ego interfice
rē te: nihilomin⁹ tn̄ ſi ego interficerē te: face
rē tibi iniuriā. vn̄ quāuis null⁹ ꝯqueraт̄: ni
hilomin⁹ tn̄ vterqꝫ ledit̄: qa vterqꝫ ſpūalr̄
interficit̄. et quāuis nō ledet̄ ali⁹ ſic̄ ꝯtingit
ī pctō mollicieī: illa eadē ꝓhibitōe qua ꝓhi
bet̄ pollutio alteri⁹: ꝓhibet̄ pollutio ſui: quē
admodū ī p̄cepto quo ꝓhibet̄ occiſio alteri⁹
prohibet̄ occiſio ſui.

Deinde queritur

vtꝝ iſtō
p̄ceptum ſit morale legis nature: aut morale
diſcipline. ¶ Ad qd̄ ſic. Ambroſi⁹ ī li. de pri
archis. Dixit Sarra ad Abraā: ecce nūc con
cluſit me dn̄s ne parerē. intra ḡ ad ancillaꝫ
meā. Gn̄. 16. Conſidera ꝑmū ꝙ Abraā an̄ le
gem Moyſi ⁊ an̄ euāgeliū fuit. et ſequit̄. nō
ḡ ī legē ꝯmiſit Abraā: ſ legē p̄uenit. ¶ Iteꝫ
idem in eodē. De⁹ in paradiſo ꝯiugiū lauda
uerat: non adulteriū damnauerat. Ex his ḡ
relinquit̄ ꝙ adulteriū ex lege ē dānabile: an̄
legē ꝟo nō erat damnabile. Eſt igit̄ malum
qa ꝓhibitū ex lege. Eſt igit̄ morale diſcipli
ne. ¶ Cont̄. ad ro. 2. Cū gentes que legē non
hn̄t naturalr̄ ea que legis ſūt faciūt: oñdūt
opus legis ſcriptū ī cordib⁹ ſuis. ꝯſtat ꝙ op⁹
legis ſcriptū nō pōt intelligi de p̄ceptis ce
rimonialib⁹: nec de p̄ceptis iudicialib⁹ ꝑtib⁹
que ſunt ex inſtitutōe. ḡ hoc intellr̄ ꝺ p̄cepti
decalogi moralib⁹. ḡ oīa precepta decalogi
ſunt moralia legis naturalis̄. ¶ Itē ſic̄ ibidē
dic̄ glo. Lex nālis eſt nemini iniuriā īferre.
nihil alienū p̄cipe: alieno ꝯiugio nō īſidiari
Sed omnis adulter inſidiat̄ alieno ꝯiugio. ḡ
peccat ꝯtra legē nālē. ¶ Itē ibidē dr̄ vt bre
uiter dicat̄. Lex nāl' eſt nolle alii' facere qd̄ ti
bi nō vis fieri. Sꝫ null⁹ vellet vt ad ſuā ali
quis alius accedēt volūtate ordinata. ḡ q̇
cūqꝫ adulterat̄ trāſgredit̄ legē nālē: quod
ꝯcedēdū ē. ¶ Ad illud aūt qd̄ p̄ obīc̄ dd̄. ꝙ
illud quod dic̄ Ambroſi⁹ de Abraā: ꝙ nō cō
miſit ī legē coeundo cum Agar: veꝝ ē ꝙ h̄
nō fec̄ ſua auctoritate ſ diuina diſpēſatōe. ¶
Preterea hoc dic̄ Ambro. ad excuſationē il
lius facti abrae. cui⁹ intētio ē dicē ꝙ abraaꝫ
nō peccauit ꝯtra legē poſitā: que adhuc nō
erat: et hoc ē qd̄ dic̄ nō ī lege ꝯmiſit ſ legeꝫ
p̄uenit. ¶ Itē nō peccauit ꝯtra legē nālem
qa nō affectu implende libidīs hoc egit: ſed
querēde poſteritatꝪ ⁊ multiplicatōis hūani
generis: quod ꝓcedebat de dictamine legis
natural' maxime cū nōdū eſſet mltiplicatio
hominū ad dei cltū. et hoc ē ꝙ dic̄. nō ardo
re aliquo ſucceſus libidīs ꝯiugalē poſtpo
ſuit thoꝝ ancille ꝯtubernio. ſ ſtudio querē
de poſteritatꝪ ⁊ ꝓpagande ſobol'. Adhuc. n.
poſt diluuiū raritas erat humani generis.
¶ Item nō peccauit ꝯtra legem ſeu ius ra
tionis. vn̄ ibidē dic̄ ambroſi⁹. ꝙ ſtudiū poſte
ritatꝪ erat tempore illo religionis: ne quis n̄
reddidiſſe videret̄ debitū nature. Ius autē
rationis dictat vt reddat̄ vnicuiqꝫ qd̄ ſuū
eſt. ¶ Ad illud qd̄ obr̄ ꝙ de⁹ ante legē adul
teriū non damnauerat. dd̄. ꝙ eſt damnatio
quātū ad culpā ⁊ ad reatū pene eterne. et ē
damnatio quantū ad crimen ⁊ reatū pn̄tis
pene. Et eſt dr̄ia īter culpam ⁊ crimen. Naꝫ
culpa ē pctm̄ quodcūqꝫ. Crimē ꝟo n̄ niſi illō
quod ē dignū accuſatione ⁊ pn̄ti punitiōe.
Primo mō adulteriū ſemp fuit dānabile. 2⁹
mō a tp̄e legis qua p̄cipiebat̄ puniri adulte
riū. Unde ambroſi⁹. An̄ legē nōdū interdcꝫ
adlteriū videbat̄. pena criminis ex tp̄e le
gis erat que crimen inhibuit. nec ante legē
vlla eſt damnatio ſ ex lege.

Queritur poſtmodū

vtrū coit⁹ maris ⁊ femine nullo addito ꝓ
hibeat̄ hoc p̄cepto. Ad qd̄ ſic. Dic̄ aug⁹. Q
ſicut ſe habꝫ cib⁹ ad ſalutē hoīs ſic coitus ad
ſalutē hūani gn̄is. Sꝫ ſic ſe hꝫ cib⁹ ad ſalutē
hoīs ꝙ cibi ſumptio ſemper eſt licita ⁊ non
prohibita. ḡ coit⁹ maris ⁊ femine qui eſt ad
ſalutē humāi generis licit⁹ erit ⁊ n̄ ꝓhibit⁹

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

¶ Itē qđ ꝓhibeť ī ꝓceptis decalogi ē malū ſm ſe. Sꝫ coit⁹ nō ē ſm ſe malū. g̃ ⁊c̄. ꝓbatio medie. null⁹ actus nature ſcḋo ſe mal⁹ ē. Coit⁹ ꝟo actus eſt nature. g̃ ⁊c̄. ¶ Item null⁹ act⁹ q̄ nec ex determīatōe circūſtātie: nec ex mā debita ē vitupabil: ē malum vel ex gn̄e vel circūſtātia. Coit⁹ aūt ē hi⁹. ¶ Conť. i. ad cor. 6. Qui fornicať ī corpus ſuum peccat. Glo. In fornicationis ope tot⁹ homo abſorbeť a carne: vt iam dici non poſſit ipſe aīus ſuus eſſe: ſ ſimul totus homo dici poſſit caro. Sꝫ opus fornicatiōis quantū ad hoc non plus effic̄ q̄ȝ coitus nō fornicari⁹. coitus igitur de ſe ē actus inordinat⁹. g̃ malū. g̃ alicubi ꝓhibitū: ſ nō alibi q̄ȝ hic. ¶ Itē dicunt ſancti ꝙ in ope ꝯiugali nō dať ſpūs ꝓphie ꝓpter captiuationē rōnis. Coit⁹ igiť maris ⁊ femine facit ut homo nō ſit ī ꝑticiparōe grē. g̃ malū. Uñ Hiero. ſup Mat. Tpe quo ꝯiugales actus geruně pn̄tia ſpūs ſancti nō dabiť: et ſi ꝓpha ſe dicať: qui officio generationis obſequiť. ¶ Itē dic̄ aug. ꝙ ſanctiora ſunt ꝯiugia pari voto ꝯtinētiū. et dic̄ ad ediciā. Tāto ſācti⁹ ꝯiuges manebatis, quanto ſanctiora ꝯcorditer placita ſeruabatis: ſic̄ fuit ꝯiugiū Marie ⁊ Ioſeph. Ex quo relinquiť ꝙ receſſus a carnali copula ī ꝯiugio eſt acceſſus ad ſanctificationē. g̃ acceſſus ad copulā ē malū. g̃ coit⁹ ſm ſe ē malū. g̃ ꝓhibitū. ſ nō alibi q̄ȝ hic. ¶ Itē omne qđ excuſatione īdiget ſm ſe eſt vitupabile. Sꝫ coit⁹ ad hoc ꝙ fiat licite: neceſſe ē ꝙ ꝑ mrīmoniū excuſeť. vt dic̄ aug⁹. ī ſermone de ꝟbis apoſtoli. g̃ ſm ſe eſt malū: ſiue ī genere. ¶ Itē ſi aliq̄s actus addita circunſtantia ē licit⁹: ip̄a ꝟo remota nō ē licitū ē malū ī gn̄e. Sꝫ coire ſolū addita circūſtantia iſta cū ſua: ſeu ꝯiugalr̄ eſt licitū. remota nō. g̃ ⁊c̄. ¶ So. dō. ꝙ coit⁹ maſculi ⁊ femine quātū ē de ipſo actu bonū ē ꝟe in ſe. In genē ꝟo moris indifferēs ſic̄ comedē ⁊ bibē. quia pōt bn̄ fieri ⁊ male. Uñ aug⁹. ī li. ꝯtra Iouinianū. Uſus nālis ⁊ licit⁹ ē ſicut ī ꝯiugio. ⁊ illicit⁹ ſicut ī adulterio. ꝯtra naturā ſemper illicit⁹. Sꝫ nōndū ꝙ indifferēs dř duob⁹ modis. Uno mō ꝙ cū de ſe nō ſit malū indifferēter pōt fieri: quēadmodū comedē. ambulare. Alio mō indifferēs dř qđ cū ſit bonum pōt bn̄ fieri ⁊ male. nō tn̄ indifferenter pōt exerceri: niſi addita debita circūſtātia. ſicut iurare: qđ nō ē licitū fieri niſi exigēte vel interueniēte debita cā. tale indifferēs ē coire: qđ nō eſt licitū fieri: niſi cū ſua ꝯiuge. Et rō

huius eſt q̄a q̄dam actus reſpiciunt ſtatum ſingularis ꝑſone. Quidam ꝟo act⁹ reſpiciūt ſtatū nature vł cauſe vlis. ꝑmi act⁹ indifferēter pn̄t exerceri nō addita circūſtātia īdebita: quales ſunt q̄ dicti ſunt ambulare ⁊ comedere. Secūdi actus nō poſſunt indifferenter exerceri niſi addita debita circūſtātia. ⁊ hoc ē ꝓpter excellētiā actus reſpicient̄ cām vlem: ſicut iurare: quod reſpic̄ cam vlem. ſ. ꝑmam veritatē. et coire: qđ reſpic̄ cām vlē. ſ. multiplicationē ſpēi. ¶ Itē notādū ꝙ indifferēs dř vno mō nō habēs maiorē īclinationē ad bonū q̄ȝ ad malū vel e⁹. vt ambulare. Alio mō dř indifferēs qđ pōt bn̄ ⁊ male fieri: tn̄ magis inclinať ad malū q̄ȝ ad bonum vt iurare. cuius frequētia ſepe uertiť ī ꝑiculum ꝑiurii poſt peccatū. ſilr̄ coire rōne ꝯcupīe fomitis magis trahit ad inordinationē libidis q̄ȝ ad bonū fecūditat̄ poſt lapſū hoīs. ¶ Ad illud g̃ qđ ꝑmo obř ꝙ oīs coit⁹ eſt actus inordinat⁹. dō. ꝙ coire pōt dicere actū abſolute ꝟtut̄ gn̄atiue ad multiplicationē ſpēi. ⁊ ſm hoc nihil ponit inordinatū ꝓut eſſet ī ſtatu nature bn̄ ꝯſtitute. Alio mō poteſt dicere actū cui ꝯcreta ē corruptio. Et ſic rōne actus nō dic̄ aliquod inordinatū: ſ naturale bonū. Ratione ꝟo corruptionis cōcrete que ē ei ꝯnālis poſt peccatū: ita ꝙ conuerſum ſit vitiū ī naturā: ⁊ ꝯcomitať actuȝ inordinatio. nō tn̄ ſequiť ꝙ omnis talis act⁹ ſit inordinat⁹: ſ ꝙ null⁹ ē ſine inordinatōe. ¶ Ad 2ᵐ ꝑ hoc idē pꝫ rn̄ſio. q̄a ꝙ donū ꝓphetie ſbtrahiť ꝑ coitū ꝯiugalē: hoc non eſt propter inordinationē ſeu maliciā actus: ſ propter inordinatōem delectatōis ānexe. uñ nō ſeqť ex hꝫ ꝙ coire ſit malū: ſ q̄a ē cū malo. ¶ Ad aliud ſilr̄ rn̄dēdū ꝙ ꝯiugiū ſācti⁹ dř ī ꝯtinētia a carnali copula nō ꝓpter elōgationē ab actu q̄ ē nāl: ſ ꝓpter elōgationē a corruptōe libidis: q̄ ē nāl ſm quē modum ꝑfecti⁹ dř nō iurare q̄ȝ iurare ex debita cā n̄ rōne elōgatōis ab actu ſ rōe elōgatōis a periculo ꝑiurii. ¶ Ad aliud ſilr̄ pꝫ rn̄ſio. q̄a ꝙ coit⁹ p⁹ lapſuȝ īdiget excuſatōe: hꝫ ē rōe delectatōis ānexe. n̄ rōne actus rōne cui⁹ ſoluȝ īdiget debit̄ circūſtātiis. Et iō ī gn̄e moris ē īdifferēs. ¶ Ad vltimū ex ꝑdictis pꝫ rn̄ſio Nā ꝙ coire n̄ ſit licituȝ niſi adhibita debita circūſtātia hoc n̄ ē ꝓpter īordinatiōem act⁹ ī ſe. ſ ꝓpter excellētiā ordīs act⁹ q̄ reſpic̄ nō tm̄ ſtatū ſingularis ſ ſtatū nature vlis. ⁊ iō q̄a reſpic̄ ſtatū rei publice: n̄ pōt īdifferēter

t

exerceri niſi adiuncta debita circunſtantia: ſicut infra declarabit.

Poſtea queritur de

ↄcubinatu. vtrū ꝓhibeat. eſt aūt drīa ⁊ ſcḋ leges humanas ⁊ diuinam inter ↄiugē. ↄcubinā. meretricē. Nā ↄiūx ē que aſſumit ī indiuiduā vite ↄſuetudinē. Cōcubina que accipit ſeparabilr: ſ ad tempus ad querēdū ꝓlē. Meretrix que accipit ſolū ad explendā libidinē. Secūdū hoc querit vtrū coit⁹ ↄcubinari⁹ ꝓhibeat hic. ¶ Ad qḋ arguit ꝑ exēplū Abrae gñ. 16. q ꝓpter ſterilitatē vxoris ſue ingreſſus eſt ad agar egyptiā ↄcubinam: ut ex ea filiū acciperet. Sꝫ ī h laudat abraā. ḡ ꝛc. ¶ Item exemplo Jacob q habuit plures cōcubinas Balā ⁊ Zelphā ancillas Lie ⁊ Rachel. ſicut dr gñ. 26. vñ gñ. 35. dr ꝙ Ruben dormiuit cū Bala ↄcubina patris. ¶ Item exemplo Dauid qui legit placuiſſe deo habēdo ↄcubinas. de qb⁹ dr. 2. Re. 16. Ingreſſus eſt Abſalon ad ↄcubinas patris ſui corā vniuerſo iſrael. ¶ Itē an̄ inſtitutōeꝫ mr̄imonii inter adam ⁊ Euam. de quo hr. 2. gñ. Dixit dñs ad adam ⁊ euam gñ. 1. Creſcite ⁊ multiplicamini. ḡ ex p̄cepto dñi habuit adā euā vt ſociā ꝓpagande ſobolis an̄ inſtitutioneꝫ matrimonii. ḡ habuit eā vt ↄcubinā. ¶ Iteꝫ nulli⁹ faciēs ſm̄ p̄ceptū dñi peccat. Sed vir ↄcubinari⁹ cū ſua ↄcubina coiens ꝓpter ꝓlē multiplicandā facit ſm̄ illud p̄ceptū. creſcite ⁊ multiplicamini. ḡ nō peccat: ſ fac̄ quod licitum eſt. ¶ Item de lege nāli eſt vt qḋ in nullius bonis ē occupanti ↄcedat. vñ comedere illud quod nulli⁹ iuris ē ſimplr̄ ē licitū. ḡ coire cū illa que nulli⁹ iuris ē ſimplr̄ licitū. ſ. cū illa que ſoluta eſt a lege ↄiugii. ¶ Iteꝫ Aug. Uti re ad illud ad qḋ ē eſt recte vti. ſic vti cibo ꝓpter ſuſtētationē corporis ē recte vti. qa ad hoc ē. ḡ vti coitu ad p̄creationē ꝓlis eſt recte vti. qa potētia ad hunc actum. ſ. vis generatiua ꝓpter hoc data eſt. ḡ ſimpliciter licitus eſt coitus ↄcubinari⁹ put ſ determinat⁹ eſt. ¶ Itē coit⁹ cū ſoluta aut ꝓhibet quia ſm̄ ſe malum eſt. aut nō qa malū ſ ꝓpter aliqḋ bonū vt ꝓpter bonū obīe ade nō comedere de ligno ſcīe. Si p̄mo modo. ḡ erit ↄtra legē nālē. qa omne malū ſm̄ ſe eſt ↄtra dictamen legis nālis. ¶ Cont. lex nālis determinat coeūdum maſculū cum femina ꝓpter multiplicādā ſpēm: nō aūt determinat ſuā vel nō ſuā. Relinquit ḡ ꝙ coire non eſt ↄtra legē naturalē: et ita nō ſm̄ ſe malū. Si 2ᵒ mō cū nō ꝓhibeat ī decalogo: qa nō dr nō coibis cū femina: ſ dr. non mechaberis. h ē nō coibis cū aliena. nec in alia ſcriptura. ḡ ſimplr̄ ē licitū. licitū. n. ē quod nullo iure ꝓhibet. ¶ Itē cū iſta poſſit ſe dare ad ſemꝑ iſti ad actū coitus: cū ſit ſoluta poterit ſe dare ad tempus. ḡ pōt ſe dare iſti ī ↄcubinā.

Crimē g° eſt in ſuſpitione.ſed mala ſpēs in
certitudine que punit̃ multotiens:ſic crimē
⁊ ideo pro pbato crim ē mala ſpēs: que eſt
ſuſpitio violenta accipit̃ ⁊ iō ī hi⁹ nō eſt ex

arbitrio iudiciū ſuſpitionis. ¶ Ad illud ỽo
qḋ obr̄ de illo exēplo: d̄ꝺ. ꝙ nō eſt ꝯtrahen
dū ad ꝯſequētiā: ⁊ ꝙ approbata ſanctitas ꝑ
ſone minuit contrarias circūſtantias ī ꝑdicto
cāu. vt nō ſit ex eis ꝓſumptio violēta. tamen
potius credendū eſt: ꝙ nulloꝰ ſanctꝰ vir ta-
libꝰ turpitudinibꝰ ſe exponerꝫ. Et ī hūc mo
dū terminatˀ ꝑs in qua inq̇riť ꝺ ꝓgreſſu iu-
dicioꝝ q̄ꝛtum ꝑtinet ad theologicā inq̇ſitōꝫ

Cōſequenſ eſt inqui

rere de ſnīis iudicioꝝ. Dr̄ aūt ſnīa iudicialˀ
tribꝰ modis. ꝓprie. coīter. ⁊ coīſſime. Prope
ſnīa diffinitionis. Coīter ſnīa ꝑcepti ſeu iuſ
ſionis. Coīſſime ſnīa excoīcationis ſeu puni
tionis. Snīa aūt diffinitionis eſt ipa cāe de
terminatio que ꝯtrouerſiis finē iponit ꝓnū-
ciatione iudicis abſolutionē ꝯtinens: ⁊ ꝯdē
nationē: ſm qḋ dicˀ lex hūana ⁊ etiā diuina
Deut. 25º. Si cā fuerit inť aliquos ⁊ interpel-
lauerint iudices quē iuſtū eſſe ꝓſpexerint il
li iuſticie palmā dabūt quē impiū ꝯdemna
bunt ipietatis. Quātum ad ꝑmā ꝑtem legis
oſtēdiť qualr̄ ſnīa iudicis dēt ꝯtinere abſolu
tionē iuſti. Quātū ad ſecūdā. n. qualr̄ ꝯdem
nationē rei. ¶ Snīa ỽo ꝑcepti ſeu iuſſionis
eſt decretū ſeu mādatū ꝑncipis ſeu ſacerdo
tis ex auctoritate iudiciarie ꝑtātis. De qua
Deut. 17º. Seq̄ris ſnīam ſacerdotū ⁊ iudicis
⁊ qui ꝓſunt loco quē elegerit dn̄s. qui autē
ſupbierit nolens obedire ſacerdotꝭ ipi o ⁊ iu
dicis decreto morieť. ¶ Snīa ỽo excoīcati-
onis eſt ex auctē iudiciaria. ſepatio a coīone
ꝑpli fidelis: q̄ ꝓprie q̄ꝛtū ad ſepationē ſpūalē
ꝑtinet ad euāgeliuꝫ. q̄ꝛtū ỽo ad ſepationem
corpalē ⁊ in figura ꝑtinet ad legē. Sepatio
aūt iſta pena eſt: que nō inferť niſi ꝯtumaci
bꝰ aūt exēplū Nume. 16º. Ubi deteriata cō-
tumatio Dathan ⁊ Abyron. per ſnīam pro-
fert iudex Moyſes dicēs. Recedite a taber-
naculis hoīum impioꝝ. ⁊ nolite tāgere que
ad eos ꝑtinēt: ne inoluamini in peccatꝭ eoꝝ.
Sili mō d̄ꝺ. ꝙ ſnīa punitionis eſt ex auctē
diuine legis pene delinquētis deteriatio.
Omiſſis igiť eis que inquirenda ſunt circa
ſnīam diffinitionis: que iq̇ſitio ꝑtinet ad iu
riſꝑitos: ⁊ his q̄ ꝑtinēt ad inq̇ſitōꝫ ſnīe ꝑce-
pti: que inquiſitio ꝑtinet ad tractatū de obe
dientia. Omiſſis inſuꝑ his que ꝑtinēt ad in
quiſitōꝫ ſnīe excoīcationis. q̄ inq̇ſitio ꝓprie
ꝑtinet ad iudicialia noue legis. uel ad q̄oēm
de clauibꝰ. q̄ꝛtum ad p̄ntem inquiſitionē: inq̄

rendaꝫ eſt de ſnīa punitionis: ſeu legibus ꝑ
quas pene mālēs determināť peccatis. uel
ꝑ rationabilē ꝯſiderationē ſuſpenduntˀ vt n̄
inferanť peccati.

Sciendum igitur

ꝙ in lege erant quedā mala ꝑmiſſa
Quedā mala punita. Et ſm hoc variabanť
leges iudiciales. Nā quedā erāt in ꝑmiſſio-
nibus. Quedā in punitioībꝰ. ¶ Primo ergo
querendū eſt de legibꝰ ꝑmiſſionis. ¶ 2º de
legibus punitiōis. Ité q̄ꝛtum ad leges per
miſſionis. Primo declarandū triplex genꝰ
ꝑmiſſionis legis. Scd̄o ỽo inq̇rendū ē de
lege repudii odioſe vxoris.

Triplex autem ma

lū inueiť in lege nō punitū: ſed lege ꝑmiſſū
Exactio vſuraꝝ ab aliis q̄ꝫ a fratribꝰ. Deut.
23º. Nō feneraberis fr̄i tuo ad vſurā peccu-
niā: nec qualꝫ aliā rem: ſꝫ alieno. Odioſe vxo
ris repudiū. Deutro. 24º. Si accepit hō vxo
rē: ⁊ nō inuenerit gratiā ante oculos eiꝰ ꝓpť
aliquā feditatē ſcribet libellū repudii ⁊c. In-
ueſtigatio ꝑ ſacrificiū ⁊ maledictio culpe
ſuſpecte vxoris. 5º. Nume. Si ſpūs zelotipie
ꝯcitauerit virꝫ contˀ vxorē ⁊c. offerret oblati
onē ⁊c. Circa qḋ querūť duo. Primo que
fuerit rō hꝰ triplicis ꝑmiſſionis. Scd̄o an
culpa fuerit ꝑmittentis.

Breuiter quantum

ad ꝑmū queriť cum multa alia mala in illo
ꝑplo extiterūt. Quare potiꝰ iſta ꝑmiſſa ſunt
ipunita q̄ꝫ alia. ¶ Ad qḋ obr̄ ſic. Qḋ ē minꝰ
peccatū minus eſt puniendū. Ergo lege iu-
ſticie q̄ ſunt peccata minora magis debēt re
linqui ipunita q̄ꝫ peccata maiora. Cū gº minꝰ
pecm̄ fuit colligere ligna ī ſabbato q̄ꝫ vſura
qḋ tn̄ peccatū puniuit lex morte. 15º. Nume.
Et furtū bouis uel ouis minus peccatū ſit
q̄ꝫ repudiū vxoris. qḋ eſt con̄ ſacramētū fe-
deris ꝯiugalis. ⁊ tn̄ furtū punitū eſt in re-
ſtitōe in quadruplū ꝓ oue: ⁊ q̄ntuplū ꝓ boue
Exo. 22º. Ergo lege iuſticie debuerūt vſure
⁊ r̄pudia magis puniri. Ergo iniuſtū ē ipuni
ta relinqui: ex quo minora puniūť. ¶ Rº ꝙ
iuſtiſſima rōne ꝑmiſſa ſunt ꝑdicta mala illi
ꝑplo: ⁊ ī lege n̄ punita. Erat. n. ille ꝑpl̄s dure
ceruicis. Exo. 32º. ⁊ iō ꝑmittenda erāt ei mi
nora mala ne inciderent in peiora ꝑuerſus. n
erat ille ꝑpl̄s q̄ꝛtū ad uehementiā cupiditatꝭ

ex pte ↄcupiſcibilis. q̄rum ad uehemētiam
ire ex pte iraſcibilis. q̄rū ad errorē ſuſpitio
nis ex pte rōnabilis. inde eſt quia ſciebat le-
giſlator tātā eorūdē cupiditatē ⁊ auariciā
vt nec fratrib⁹ h̄ eſt hebreis ab vſuris par-
cerent: niſi alienis ad vſurā dare pmitteret
pmiſit exactionē vſurarum ab aliis q̄ a fr̄ibus
¶ Itē quia ſciebat tantā eorūdem iracūdie
malitiā vt vxores odioſas: cū ab eis nō niſi
p mortē ſepari poſſent: occiderent. pmiſit re
pudiū odioſe vxoris. ¶ Itē qa ſciebat i eiſ
dē tm̄ inualeſcere erroris ſuſpitionē: vt ſola
ſuſpitione adulterii v̄a ſiue falſa ↄtra vxo-
res inſurgerent. pmiſit inueſtigationē crimiſ
qd niſi diuino miraculo inueſtigari pōt: pp̄t
qd inſtitutū eſt ſacrificiū zelotipie: in q̄ ma-
nifeſte miraculoſe dei v̄tus opabat. vt illa
que culpabilis eſſet inflato uentre ⁊ femore
putrefacto piret: que v̄o eſſet inocens ⁊ in-
noxia pmaneret. Fecit igit legiſlator p hi⁹ p-
miſſiones: q̄ in tali pplo fieri potuit. videlz
p minorum malorum pmiſſioīz: eos a maioribus
auerti. ¶ Ad illud g° qd obicit dō q̄ legiſ-
lator quedā minora mala grauiſſime punire
pceperit: illa pculdubio ō cā: qa licet minora
frequētius tn̄ in illo pplo ↄtingebāt: ⁊ ſua
frequētia trāquillitati ⁊ paci illi⁹ ppli plus q̄
alia maiora nocebant. ⁊ ſine ſcandalo ⁊ diſ
ſidio illi⁹ ppli puīri poterāt. Quedā v̄o maio
ra mala minus puniri decreuit vl̄ penit⁹ ipu
nita relinqui: aut qa min⁹ paci ⁊ trāquillitati
nocebāt q̄ minora. ⁊ ideo decreuit minus
puniri. aut qa ſine ſcandalo ⁊ ſciſſione ↄcor
die ⁊ pacis puniri nō poterāt. ⁊ iō decreuit
īpunita relinq̄ diuino iudicio punienda. hoc
aūt iuſtū eſt. ſicut dic Aug⁹ in. 5°. de lib°. ar°
Videt mihi legē iſtā que pplo regendo ſcri-
bit recte quedā mala pmittere: que p diuinā
pṽidentiā vindicant. Hac aūt de cā fenera
ri alieno: ⁊ repudiare odioſā vxorē. ⁊ inue-
ſtigare adulteriū ſuſpectū p diuinū indici
um a lege relicta ſunt ipunita.

Poſtea queritur

vtrum iſta mala dimittere ipunita fuerit culpa pmittē
tis vt legiſlatoris ⁊ iudicis. ¶ Ad quod ſic
ad Ro. i. Nō ſolū qui talia agūt digni ſunt
morte. ſed qui ↄſentiūt facientib⁹. Hic. ↄſen
tire eſt tacere cū poſſis redarguere. ¶ Item
decretalis dr̄ ↄſentire qui manifeſto facino
ri deſinit obuiare. Cū g° p̄dicta mala ſint ma
nifeſta facinora legiſlator moyſes dicet ↄ
ſenſiſſe: cū iſtis facinorib⁹. nō obuiaret. ¶ Itē
dicit auctas canonis. Error cui nō reſiſtitur
approbat. Cū ergo Moyſes c⁹ erat reſiſtere
p̄dicto errori nō reſiſteret approbabat erro-
rē. g° peccabat. ¶ Itē ad Roma. 3°. Faciam⁹
mala vt veniāt bona abſit. Si ergo nō ſunt
facienda mala vt veniāt bona. Ergo nec tol-
lerāda ſunt mala vt nō accidāt ſeu eueniāt
mala. ¶ Itē pmiſit repudiū quod erat peccm̄
g° ↄſenſit fieri peccatū. ¶ Itē ille facit cui⁹
auctē fit. Si g° auctē Moyſi fiebat repudiū
qa ſic dr̄ Math. 19°. Moyſes mādauit dare
libellū repudii ⁊ dimittere. Ergo ipe Moy-
ſes dr̄ feciſſe ⁊ itroduxiſſe repudiū pari rōe
⁊ vſuras: ⁊ fenerari alieno: ⁊ inueſtigationē
adulterii p diuinū iudiciū qd eſt temptare
deū. ¶ R̄ꝫ° cū pateat ex p̄cedentib⁹ q̄ iuſta
de cā p̄dicta mala in illo pplo debebāt relin
qui īpunita: diuino iudicio punienda: n̄ fuit
culpa legiſlatoris ſeu iudicis pmittentiſ p̄di
cta. qa ſicut dicit Aug⁹. i. de lib° ar°. Lex tē-
poralis que regendo pplo ſcribit ea iudicā
da ſibi aſſūmit que ſatis ſint ↄciliande paci
hominib⁹ īgitis: ⁊ quātū poſſūt p homīnē
regi: illa aūt ſicut oſtenſū eſt nō erāt ad con
ciliationē pacis hominū impitorum. ſi p iudi
ciū punirent. ⁊ iō erāt pmittenda. ¶ Ad au
ctoritates g° quas p̄mo ⁊ 2° obicit. dōm ē
q̄ ītelligunt illo cāu. qn̄ iudex platus poteſt
vtilit ⁊ ſine piculo ſciſmatis publici obuia
re uel reſiſtere. Moyſes aūt p̄dictis facinori
bus ⁊ erroribus nō poterat vtilit obuiare.
quia multitudo ⁊ cordiū duritia erat in cā
Reſpiciendo g° ad pacē ⁊ vnitatē tribuum
iſrael. que multo melior eſt q̄ pax int hanc
pſonā uel illā que poſſet turbari ſi ex odio
vxoris uel ſuſpitione icorrigibili iterficeret
vxores: decreuit iuſte vt pmitterent p̄dicta
⁊ relinquerent īpunita. ſicut in p̄nti eccleſia
qa nō pōt vtilit reſiſtere militib⁹ qui ↄtinēt
decimas. qa ſi reſiſteret maius malū accidēt
ī eccleſia. ſ. ſciſſura: pmittit eos decimas ↄ-
tinere. ¶ Ad illud qd obr̄ 3° dōm q̄ nō ſe-
quit nō ſunt facienda mala vt veniant bōa
ergo nō ſunt pmittenda: qa q̄ facit mala pec
cat. ſed nō qui pmittit fieri: cū nō poſſit vti-
liter reſiſtere: uel cū n̄ debeāt rationabili ex
cā reſiſtere: ſicut ipe de⁹. qui pmittit multa fi
eri mala: tn̄ ex rōnabili cā: vt. ſ. ex eis eliciat
bona. ¶ Ad quartū diſt īguēdū q̄ pmiſſio
dr̄ multiplr. dr̄ eni pmiſſio ↄceſſionis: qn̄
licita ↄcedūt: vt cū religioſo ↄcedit viſitare

patrē a ſuo plato. ¶ Itē eſt pmiſſio diſpenſationis. q̄n nō licita p diſpenſationē facta licita ↄcedunt ut cū abbas diſpenſatiue cōcedit ſeu pmittit monacho ↄmedere carnes. ¶ Et ē pmiſſio indulgentie: q̄n aliquid licitū cui⁹ oppoſitū melius eſt ↄcedit. vt ſcde nuptie ab apl'o. ⁊ tñ melior eſſet ↄtinētia vidualis. ¶ Itē eſt pmiſſio tollerātie. q̄n ſimplicit illicita ne peius eueniat tollerant: ſicut in p̄dictis caſib⁹ repudii fenoris ⁊ inueſtigationis adulterii: ⁊ in his nō ſequit. pmittit g⁹ ↄſentit: niſi diceremus ↄſenſū iprope: ⁊ ſm quid: ⁊ ex ↄpatione. ⁊ tūc pprie nō eſt ↄſenſus in hoc. ſ. vt faciat repudiū. fenus. ſ. ī alio qd eſt ne peius fiat. ſ. occiſio vxoris: feneratri fratri. ¶ Eſt itez pmiſſio ſuſtinētie: ſicut dr̄ De⁹ pmittere multa mala fieri: vt ex eis eliciat bona ſic dicit Aug⁹. Nullū malū permittit de⁹ fieri in re publica niſi ex eo eliciat bonū. ¶ Ad vltimū dō. ꝙ aucte Moyſi nō fiebat repudiū: nec ex aucte legis: ſed ex aucte legis ⁊ Moyſi ſcribebat libellus. vt p hoc detraherent a repudio. ⁊ hoc eſt qd oñdit Aug⁹ cont̄ fauſtū illud de vxore nō dimittenda: qd dn̄s p̄cepit cū antiq̄s dictum ſit. Quicūq; dimiſerit uxorē ſuā det illi libellū repudii. Math. 5°. Si diligent intueamur videbimus nō eſſe cōtrariū: vtiq; nolebat dimitti uxorē a viro: qui hāc iterpoſuit morā3 vt in diſcidiū aius p̄ceps: ⁊ libelli ↄſcriptōe ↄfractus abſiſteret. ſed q̄d mali eēt uxorē dimittere cogitaret: pſerti q̄a vt phibent apud hebreos ſcribere lr̄as hebreas nulli fas erat niſi ſolis hebreis ſcribis. Et dic ī codē: libellū vir bon⁹ prudenſq; nō ſcribēt niſi ī aīo nimis auerſo atq; puerſo ↄſiliū ↄcordie inuenire non valeret.

Conſequenter in

quirendū eſt ſpālr de lege repudii de qua dr̄ deut. 24°. Si accepit hō vxorem ⁊ nō inuenerit gratiā in oculis eius pp̄ter aliquā feditatē zc. Prenotandū eſt igit ꝙ in hac lege duo erant pmiſſa. duo p̄cepta. Permiſſū. n. erat vxorē dimittē. vñ dr̄ ibi. dimittet eā de domo ſua. Permiſſum etiā erat vxori dimiſſe cū alio ↄtrahere. Vñ ibi dr̄. cū egreſſa alter3 maritū duxerit zc. ¶ Itē p̄ceptum erat ante repudiū libellū ſcribere. vñ dr̄ ibi ſcribet libellū repudii: ⁊ dabit in manu illi⁹ ⁊ dimittet. ¶ Preceptū eē erat p⁹ repudiu3 repudiatā nō recipe in uxorē. Unde ibi ſeq̄tur. nō poterat p̄or marit⁹ recipē eā in vxorē. ¶ Circa ergo ptē iſtā querūt plura. Quātū ad p̄mo pmiſſū. ¶ An repudiū de ſe ſit pec3. ¶ An ex lege factū ſit nō peccatū. ¶ Quātū ad ſcdo pmiſſum. ¶ An licitū ſit repudiate viro viuere cū alio ↄtrahere. ¶ An ī repudio vir ⁊ mulier debeāt pificari: ⁊ ad pia iudicētur. ¶ Quātū ad p̄ceptū de libello ſcribēdo querit de cāis repudii. ¶ De effectu repudii ¶ Quātū ad p̄ceptū de repudiata nō recipiēda. Querit an licitū ſit viro penitenti repudiatam recipere.

Queritur ergo pri

mo. An repudiū de ſe ſit peccatū. ¶ Ad qd ſic Math. 5. Dico uobis ꝙ oīs qui dimiſerit vxorē ſuā excepta cā fornicationis. facit eam mechari. ergo cū repudiās pp̄ter feditatem dimitteret uxorē nō cā fornicationis faciet eā mechari. ergo peccabat. ¶ Itē Aug⁹ ↄtra fauſtū Illicitū eſt ꝙ illa lex phibet qua nāl' ordo ſeruatur. ſed repudiū phibet lege qua nālis ordo ſeruat. ergo repudiū eſt illicitu3 Mior p3. q̄m de lege nāli ē. Matrimoniū ī indiuiduā uite ↄſuetudinē. Repudiū aūt eſt ↄtra indiuiduā vite ↄſuetudinē. ¶ Itez Io. Criſo⁹. Qui ſm legē dimittit vxorē q̄tuor cōmittit īiquitates. q̄a quo ad deum exiſtit homicida. ⁊ q̄a dimittit nō fornicantē. ⁊ q̄a facit eā adulterari: ⁊ illū cui ipa copulatur Ex quo relinquit ꝙ repudiū ſm ſe eſt mortale peccatū. ¶ Cont̄ Math. 5°. dictū ē. Quicūq; dimiſerit uxorē det illi libellū repudii Glo. Habundātior iuſticia: quia ibi l3 dimittere. hic nō niſi cā fornicationis. Si ergo ſm legē l3 dimittere. g⁹ dimittere nō eſt peccare nec dimiſſio peccatū. ¶ Itē. 7°. Ro. Lex ſcā ⁊ mandatū ſcm̄ ⁊ iuſtū ⁊ bonū: Inde arguitur. Opans ſm legē ſcām: ⁊ ſ3 ſcm̄ mādatū ⁊ iuſtu3 nō peccat: ſed repudiās uxorē ſm legē opabat ſm legē ⁊ mandatu3 legis. ergo repudians nō peccabat. ¶ Itē legē repudii dedit Moyſes a ſpiritu ſacto. ergo q̄ dabat libellu3 repudii: dabat illu3 ſm legē datā a ſpiritu ſcō. ergo nō peccabat. ¶ Itē qui repudiabat uxorē ſcribebat cāꝰ repudiatiōis pp̄t quas dimittebat vxorē: ⁊ deferebat ad iudicē. ⁊ ſi iudex iudicabat illas cās eſſe ſufficientes dimittebat vxorem. Cum g⁹ ſ3 ſniā3 legis iuſtā p ſe datam a iudice dimittebat uxorē. nō peccabat dimittendo uel repudiādo uxorem. ¶ Itē diuortiū in noua lege ex

cā ɔceſſa in eadē lege que eſt cā fornicatōis
eſt licitū. ergo repudiū ex cā ɔceſſa ī veteri
lege eſt licitū. ¶ R° ſm Aug. ſup illud Ma
th. 5°. dictū eſt qui dimiſerit vxorē ⁊c. dcm̄
eſt q̄ ſi vxor nō pl3 viro ꝓpter aliquā fedita
tē dimittet eā: qḋ xp̄s exponit ꝓpt duritiā
maritoꝝ. Math. 19°. ſup quē locū dicit Ra
banus. Malluit repudiū indulgere q̄ⁱ odiū
⁊ homicidiū ꝑmanere. ¶ Itē Joh. Criſoſt°.
ſup math. 5°. dicit. Q ꝑmittendo repudium
nō dei iuſticiā mōſtrauit vt q̄ⁱ ſm legē agē
tibus peccatū: nō videat̄ eſſe peccatū. ¶ Ex
his ergo p3. q̄ repudiū repudianti peccatu3
eſt. Permittenti xͦo repudiū ex ɔpatōne ma
ioris mali vitādi nō eſt peccatū. vt p3 ex ſup
dictis. ¶ Ad illud g° qḋ ꝑmo obr̄ dḋ. q̄ in
lege dr̄ licitū: qḋ lege nō ꝓhibet̄. Diſtiguē
dū g°. q̄ eſt licitū ſimplr̄: qḋ nulla lege ꝓhi
bet̄: nec nāli: nec moyſi: nec euāgelii: ⁊ h mō
repudiatio illicitū eſt. q̄a ꝓhibitū eſt ex lege
nāli ⁊ lege euāgelii. Et eſt licitum ſm quid
qḋ aliq̄ lege nō ꝓhibet̄: ⁊ hoc mō repudiu3
dr̄ licitū: quo ad legē veterē: q̄a ibi nō ꝓhi-
bebat̄. ¶ Ad ſcḋm dḋ. q̄ opari ſm lege3 eſt
duplr̄. ſm legē ꝑmittentē: ⁊ ſm legē p̄cipien
tē. Opari xͦo ſm legē ꝑmittentē: nō eſt opa-
ri bonū. īmo poti⁹ malū. ſed tn̄ minus in cō
ꝑatione peious. Vn̄ dicit Jo. Criſo. Permi-
ſit moyſes dari libellū repudii: ne ꝓpt̄ odiu3
repudii funderet̄ ſanguis. ꝑmiſit fieri mala
ne fierent peiora. Opari xͦo ſm legē p̄cipien
tē eſt bonū: quo mō nō opat̄ q̄ repudiat: ſed
p̄dicto mō. ¶ Ad tertiū dḋ. q̄ lex de libel-
lo repudii q̄ddā tollerabat. ſ. ſeparatō3. ⁊ ad
quiddā obligabat: tn̄ ſub ɔditione. ſ. ad hoc
vt ſi uellet quis dimittere vxorē nō dimitte
ret niſi ꝓpter cās ſcriptas in libello repudii
Dare g° libellū in p̄cepto erat ſub ɔditione
ſ. ſi uellet dimittere nō ſimplr̄: nō ſequitur
g° dabat libellū repudii ſm legē datā a ſpū
ſcō. g° nō peccabat. Dabat enī ſm legē ex tol
lerantia cōditionali: nō ex auctē ⁊ ſimplr̄ a
iudice. ¶ Ad quartū dḋ. q̄ nō ualet hec ar-
gumētatio. ſm ſniam legis datā ꝓ ſe dimit
tebat vxorem. g° nō peccabat. q̄a iudex nō di
cebat in illa ſnia q̄ vir poſſet dimittere ux-
orē. ſed q̄ poſſet ſine pena legali. ⁊ ponūt ex
emplū. ſicut ſi litigarent ſacerdotes ɔ̄ mili
tes de decimis. Judex nō daret ſniam ꝓ mi
litibus. q̄ ipi decimas detinerent. ſed dicēt
ſacerdotib⁹ q̄ tacerēt. ⁊ nō puniret milites
ne fieret ſciſſura. ¶ Ad q̄ntū dḋ. q̄ non eſt
ſiīe de diuortio in noua lege: ⁊ repudio in
ueteri. q̄a in noua lege cā diuortii pōt eſſe
iuſta īteruenīēte zelo iuſticie. ſed ī ueteri le
ge cā repudii ſꝑ eſt iniuſta: cū cōcernat odiu3
⁊ affectū nequitie: ⁊ opponat̄ ſacramēto ⁊
fidei ɔiugali. Et iō repudiū ſꝑ ē malū ſm ſe

Poſtea queritur an re-

pudiū ex lege fiat nō peccatū. Ad qḋ ſic diē
Joh. Criſo⁹. ſup illud Math. 5°. Quicū q̄ di-
miſerit uxorē ſuā det illi libellū repudii ⁊c.
Hoc ꝑmittendo nō dī iuſticiā demōſtrauit
ſed a peccato abſtulit culpā peccādi. g° per
legē factū eſt nō pecm̄. ¶ Itē idē ibidē. ꝑmiſ
ſū eſt repudiū malū quidē tn̄ licitū. ¶ Item
idē ibidē. Hac rōe apli p̄ceperūt ſcḋas nupti
as ꝓpter incōtinentiā hominū ꝑmiſit. nō pre
cepit: qḋ ꝑmittimus nolētes p̄cipim⁹. q̄a ma
las hominū uoluntates ad plenu3 ꝓhibere
nō poſſumus. Si g° ſcḋe nuptie ex ꝑmiſſiōe
apli fiunt ſine pccō. g° repudiu3 ex ꝑmiſſiōe
legiſ fcm̄ ē ſine peccato. ¶ Itē occidē malum
eſt in ſe. ſ3 tn̄ ꝑ legē iudici fit nō ꝑ peccatum
cu3 dr̄. Exo. 22. Maleficos nō patieris viuē
Ergo q̄uis dimittere ſiue repudiare vxore3
in ſe ſit malu3: tn̄ īteruenīēte lege fiet n̄ pec-
catu3. cu3 dr̄. 24°. Deutro. Volēti dimittere
vxorē det illi libellu3 repudii. Maius. n. ma
lu3 eſt occidere q̄ repudiare: q̄a opponit̄ ma
iori bono videl3 vnitati nāe: que eſt eēntial
hōi. Repudiu3 xͦo opponit̄ vnitati ſacm̄ēti
que eſt accidentalis. ¶ Conē math. 19°. Eſt
xͦbu3 dñi: ⁊ cois aī ɔceptio quos de⁹ ɔiun
xit. hō nō ſepet. de iure nāli eſt q̄ illi q̄ ſunt
ɔiūcti auctē diuina: nō ſepent̄ auctē huma
na. ergo repudium erat ɔtra ius nāle. Sed
qḋ eſt con̄ ius nāle: nō recipit diſpenſatiōe3
nec pōt fieri licite. g° repudiu3 non pōt fieri
licite. ¶ Itē ibidē dicit dn̄s q̄ ad duritiam
cordis iudeoꝝ ꝑmiſit moyſes dimittē uxo-
res. ab initio autē nō ſic. Ergo iudei repudi
ando peccabāt conē legē datā ab initio. hoc
eſt conē legē nāle3 ex quo relinquit̄ idē.
¶ R° dḋ. q̄ repudiu3 ex lege nō eſt factum
licitu3. īmo ſicut dicit Aug⁹. Legē de dimiſ-
ſione vxoris: xp̄s exponit. ꝓpter duritiā ma
ritoꝝ datā: vt nō ɔcedat̄ diſſidium. ſ3 vt tol
lat̄ homicidiu3. ¶ Ad illud g° qḋ obr̄ ꝑmo
q̄ a peccato abſtulit culpā. Nō q̄ ꝓprie loq̄
do: aliud eſt dicere pecm̄. Aliud dicē culpa3
Accidentale. n. eſt peccato eſſe culpā. pecm̄
enim dicit inordinationem ɔtra diuinum

mandatū.Culpa xͦo dicit inordinationē pu
niendā ẜm legē. abstulit gͦ culpā a peccato
cū data lege repudii nō puniebant̄ ꝑ hꝰpec
cato. ¶Ad scdͫ sili mō itelligendū est illud
qd dr̄.repudiū malū:tn̄ licitū ut licitū non
excludit reatū eterne pene.sed reatū pene le
gis. ¶Ad tertiū dd.ꝙ in repudio ⁊ in scdis
nuptiis est ꝑmissio ꝯpatiua ⁊c. Jō dic̄ Criso
ꝙ hac rōe.i.ꝯsili quodā m̄ apli scdas nupti
as ꝓceperūt:tn̄ differenṫ.Na sicut pꝫ ex ꝓce
dentibꝰ:scde nuptie ꝑmittūt̄ ꝑmissione in-
dulgentie:qua ꝯcedit̄ licitū iperfectū respe
ctu status ꝑfectioris.Repudiū xͦo ꝑmittit̄
ꝑmissione tollerantie qua tollerat̄ illicitum
qd est minus malū ꝯpatione deterioris:ẜꝫ
qd dicit Augꝰ.Meliꝰ est enī diuidi.hoc est
minus malū est repudiū fieri q̄ꝫ ꝑ odiū san-
guinē fūdi.⁊ iō Crisoꝰ sup illud Math.Per
mittit fieri mala ne fierēt peiora. ¶Ad q̄rtū
xͦo dd.ꝙ occisio ⁊ repudiū p̄nt ꝯpari dupl'r
q̄tum ad effectū:⁊ q̄tū ad cām. Quātū ad
effectū occisio magis malū est.sic dic̄ Augꝰ
Meliꝰ est diuidi q̄ꝫ ꝑ odiū sanguinē fundi
Quātū xͦo ad cām. Repudiū simpl'r maius
malū est.qa occisio pōt esse ex affectu xͦtutꝭ
⁊ iusticie.Repudiū xͦo sꝑ est ex affectu iiu-
sticie:sic̄ dictū est.⁊ patebit inferius. ¶Pre
terea occisio malefici fiebat auc̄te diue legis
Repudiū xͦo ex ꝑmissione legis:cā aūt ⁊ af
fectus opi nomē iponit quantū ad bonitatē
⁊ maliciam.

Queritur cōsequen

ter.vtꝝ licitū esset ẜm legē repudiate viuēte
ꝓore viro aliū ducere:qd vr̄.qa dicit lex de
repudiata.Deutro.24ͦ.Cū egressa viꝝ alte-
rū duxerit.ergo lex ꝯcedit ei maritū alteꝝ
ducē. ¶Jtē dicit Augꝰ.de duabꝰ vxoribus
ꝙ qn̄ mos erat.peccatū nō erat.nō peccabat
gͦ vir ducendo aliā vxorem viuēte ꝓore.qn̄
mos erat.Si gͦ mos erat repudiate a priore
viro:aliū ducere nō erat peccatū. ¶Jtem ex
ꝑte viri scdam vxorē ducere tꝑe legis non
erat malū ẜꝫ se:qa scī patres duxerūt scdas
uxores sine peccato.Ergo repudiata uxore n̄
erat pecc̄m viro aliā ducere.gͦ nec mulieri a-
liū viꝝ. ¶Cont̄ Math.5ͦ.Qui dimissā du-
xerit adulterat̄. ¶Jtē lex puniebat illā que
ducebat aliū maritū:qa nō poterat redire ad
ꝓorem:qa sicut dicit lex polluta ⁊ aboīabil'
facta est ducendo aliū.ergo nō erat licitum
ẜm legē aliū ducē. ¶Rͦ dd.ꝙ n̄.erat licitū
ẜꝫ legē.ita ꝙ licitū excludat culpā:⁊ quācūꝫ
penā.erat tn̄ licitū ẜm ꝙ licitū excludit ma
terialē penā.Dicēdū gͦ ꝙ n̄ licitū erat repudi
ate ẜm legē aliū ducere ꝙ lex n̄ puniebat eā
materialiṫ vt more adultere lapidaret̄. Non
erat aūt licituꝫ ẜm legē:qa lex puniebat eam
spūaliṫ vt ad ꝓoreꝫ viꝝ tāq̄ polluta redire n̄
posset:cuꝫ a scdo viro repudiata esset.sic dr̄
Deutro.24ͦ.Et hoc mō puniebat lex:aliqn̄
mālr.aliqn̄ spiritualiṫ. ¶Ad illud gͦ qd ꝓmo
obr̄ ꝙ lex ꝯcedebat sibi aliuꝫ viꝝ ducere dd
ꝙ hoc erat ꝯcessio ꝑmissionis nō dispensa-
tionis vt dictū est. ¶Ad scdm dd.ꝙ illud
Aug.de pluribꝰ vxoribꝰ qn̄ mos erat.pecc̄m
nō erat.itelligit̄ q̄tum ad illas ꝑsonas cum
quibꝰ dispensatuꝫ erat.in bigamia autē inē-
uenit dispensatio:sed nūq̄ꝫ in repudio:⁊ cā
est qa ex ꝑte viri hēre plures vxores poterat
esse ex caritate ꝓlis acq̄rende.⁊ ad multipli-
cationē cultꝰ diuini.sicut fuit in scīs patribꝰ
sed in repudio viro hēre scdam uxorē post
ꝓmā repudiatā nō poterat esse ex caritate.cū
repudiū ꝓcessisꝫ ex odio.Et iō i repudio ex
ꝑte viri nunq̄ cadit dispensatio. ¶Jtē ex ꝑ-
te mulieris:habere plures viros nunq̄ fuit
dispensatuꝫ.qa deficit cā.s.multiplicatio ꝓl'
Nō enī multiplicat̄ ꝓles a pluribꝰ viris in
vna muliere sicut in pluribꝰ mulieribus per
vnū viꝝ.multo fortiori rōne:nec in repudia
ta curret dispensatio:vt post ꝓmuꝫ viꝝ hēet
aliū. ¶Ad tertiū dd.ꝙ in bigamia manent
bona matrimonii:⁊ qd diminuit̄ in vno re
cōpensat̄ in alio in scīs patribꝰ. Tria autem
sunt bona.fides in affectu mutue castitatis
ꝓles in affectu ꝓpagationis ad honorē dei
sacramētuꝫ iseꝑabilitatis. De bono āt fidei
fiebat diminutio:qa bonuꝫ fidei requirit vt
nō cuꝫ altera uel altero coeat̄:qd ex ꝑte mu
lieris manebat integꝝ.Ex ꝑte xͦo viri ꝓpter
melius ex dispensatōe ampliabat̄:vt nō cuꝫ
aliis q̄ cuꝫ suis vxoribꝰ coiret.sed ex ꝑte bo
ne ꝓlis fiebat recōpensatio ex vehemētia af
fectus multiplicāde ꝓlis ad cultum dei:qd
fiebat ꝑ plures vxores:amplius q̄ꝫ ꝑ vnam
solā. manebat autē affectꝰ inseꝑabilitatꝭ qd
est bonū sacramēti ⁊ iō bigamia nō erat ma
lum ẜm se.sed recipiebat in scīs patribꝰ rati
onabilē dispensationē. ¶Jn repudio xͦo bo
na matrimonii tollebant̄ cum ꝯtrahebatur
scdm ꝯiugium.tollebat̄ enī bonum fidei ꝑ
abolitionē federis ꝯiugalis ex affectu odii
Bonuꝫ ꝓlis ꝓpter affectuꝫ libidinis bonuꝫ

ſacramēti ꝓpter affectū ſeꝑationis:quā itē-
debat repudiū:itendebat enī ſeꝑari ab vxo-
re quod opponit̃ bono ſacramēti.

Deinde queritur an in

repudio vir ⁊ mulier debuerūt ꝑificari: qḋ
vr̃.per ipm̄ viculū matrimonii qḋ q̄i ī vnū
redigit viꝝ ⁊ mulierē.Iux̃ illud Geñ.3°. E-
rūt duo in carne vna: ⁊ ip̄a rō matrimonii
que eſt ītīma ↄiunctio maris ⁊ feie indiui-
duā vite ↄſuetudinē retinēs. Ergo qḋ erit
ius viri ſuꝑ mulierē q̄tum ad vnitatē copu
le carnalis ⁊ cohabitationis.Idem erictus
mulieris ſuꝑ viꝝ.ergo ſic̃ vir poterat repu-
diare mulierē qḋ erat ↄtra vnitatē vinculi
ↄiugalis:eadē rōe mulier poterit repudiare
viꝝ. ¶ Itē hoc idē vr̃ aſtrui ꝑ legē talionis
que hr̃.24°.Leuit.Oculū pro oculo.dentē
ꝓ dente reſtituet q̄lem influxerit maculam
talē ſuſtinere coget̃. ¶ Item in nouo teſtō
iudicant̃ ad paria vir ⁊ uxor in cā diuortii
que eſt ꝓpter culpā fornicationis. ergo ī ve
teri lege debēt iudicari ad paria in cā repu-
dii. ¶ Cont̃. Nō iudicant̃ ad paria vir accu
ſans ſtupꝝ vxoris.Deut.22°.Si duxerit vir
uxorē obiciēs ei nomē peſſimū.vxorē hāc ac
cepi ⁊ nō inueni virginē:ſicut ibidē dr̃. Si
falſo accuſat iubet̃ cedi ⁊ mulctā.i.penā pe-
cuniariā ſoluere. puella xͦo ſi culpabilis ſit
lapidari. ¶ Itē in zelotipia nō iudicāt̃ ad pa
ria.ſicut pꝫ ex lege Nume.5°.vbi dr̃ ꝙ ſi ſpūſ
zelotipie ↄcitauerit viꝝ ↄtra uxorē ſuā addu
cet eā ad ſacerdotē ⁊c̃. vbi inſtituit̃ oblatio
ad inueſtigationē adulterii ſuſpecte mulie-
ris a viro.nō aūt eͦ°.Ergo pari rōne nec ad
pia debēt iudicari in repudio. ¶ R̃. ſic̃ dic̃
beat⁹ Aug⁹.ſuꝑ illā legē Deut.22°.Si duxe
rit vir uxorē ⁊ poſtea odio habuerit ⁊c̃. ap-
paret quō ſubditas viris feias ⁊ pene famu
las lex eſſe uoluerit uxores.q̄a dicēs aduer-
ſus uxorē uir teſtimoniū unde lapidet̃ illa.ſi
neꝝ ↄſtat ip̄e nō uiciſſim lapidat̃. ⁊ hoc eſt
qḋ introducit ap̄ls.i.ad Cor.14°. Nō ꝑmitti
tur mulierib⁹ loq̄ in eccleſia. ſ; ſubditas eſſe
ſic̃ lex dicit. Hui⁹ aūt rō eſt triplex.dignitas
nature.reatus culpe.robur ſexus. Dignitas
nāe q̄a ſic̃ dicit Ap̄ls.i.ad Cor.xi°.Caput mu
lieris eſt uir: ⁊ aſſignat cām.nō ei uir ex mu
liere eſt:ſed mulier ex uiro.ſic̃ dr̃ Geñ 3°. Re
at⁹ culpe. q̄a per feminā initiū pcc̄i.unde ſb-
iectio fuit ei inflicta ꝓ penalitate.Ge.3.Sub
uiri ꝑtāte eris ⁊ ip̄e dn̄abit̃ tui. Robur ſex⁹
q̄a robuſtior eſt ſexus uirilis q̄ femine⁹. Itā
eſt ꝙ maior ꝓnitas ex ꝑte mulieris eſt. licet
maior feruor ex ꝑte uiri.q̄a ſexus ille calidi
or eſt ⁊ hec ſignat̃ Geñ.2°.cum dixit Adam
de uxore. Hoc nūc os de oſſib⁹ meis:caro ḋ
carne. Propt̃ dignitatē nāe nō iudicati ſt̃
ad paria ī lege zelotipie.Detulit enī lex uiro
ſicut digniori. Cū ex zelotipia ſeu amore per
ſuſpitionē accuſabat uxorē:ꝓpter reatū cul
pe nō iudicati ſunt ad paria:in lege accuſa-
tionis ſtupri ex odio uiri in uxorē:q̄a ſic̃ dic̃
glo.ſuꝑ illā legē Deut.22°.Quia ꝑ feminam
initiū peccati que uirū ſeduxit: ⁊ dupliciter
peccauit.ꝑ̄us in deū.poſtea in uiꝝ. uir uero
tm̄ in deū. In accuſatione criminis nō iudicāt̃
ad paria uir ⁊ feia. Propter xͦo robur ſexus
uirilis nō iudicāt̃ ad paria in ꝑmiſſione repu
dii. Nā cū mulieris ſex⁹ ſit infirmior: ⁊ ma-
ior ī eis ꝓnitas.ꝓniſſime eēnt mulieres ad
repudiandū uiros. ¶ Preterea cū robuſtior ſit
ſexus uirilis:timendū eſt maleficiū uiri pl⁹
q̄ mulieris. Et cū magis feruēat ꝓſumen ḋ
ꝙ ex odio īterficeret ſibi diſplicentē uxorē
nō aūt eͦ°. ¶ Ad illud qḋ ꝑmo obicit dōm
ꝙ ſm̄ legē nāe ⁊ legē gratie:quo ad ſocieta
tem cohabitationis ⁊ ↄiunctionē copule
carnalis iudicant̃ ad paria uir ⁊ mulier.unḋ
i.ad Cor.7°.dr̃. Uir nō hꝫ ꝑtātem ſui corꝑis
ſed mulier: ⁊ eͦ°. Quātū xͦo ad ordinē regi
minis nō iudicant̃ ad paria: imo uir ē caput
mulieris.ꝓut dr̃.i.ad Cor.xi°.unde ſm̄ legē
ꝑ̄cipientē nāe ⁊ gr̃e in regimine dꝫ mulier
uiro eſſe ſubdita.in mutua xͦo corꝑis ſerui
tute par. ¶ Scḋm xͦo legem Moyſi in pena
fornicatiōis:que opponit̃ vnitati copule car
nalis iudicant̃ ad pia:q̄a adulter ⁊ adultera
lapidabant̃ Deut.22°. In accuſatione uero
ſtupri uxoris ante ↄiugiū ⁊ zelotipia ⁊ repu
dio nō iudicant̃ ad paria ꝓpter cās ꝑ̄dictas
imo in accuſatione ꝑcit lex uiro plus q̄ mu
lieri ꝑ diſpenſatione. In zelotipia ꝑ̄fert uiꝝ
mulieri q̄i ꝑ ꝑ̄uilegiū in repudio ↄcedit ui-
ro qḋ nō mulieri ꝑ ꝑmiſſionē minoris mali
q ḋ minus nocet in uiro q̄ in muliere publi
ce utilitati.patet g° ex his ꝙ nō eſt ꝑitas iu
ris mulieris ſuꝑ viꝝ.⁊ uiri ſuꝑ mulierem.
¶ Ad ſcḋm dōm:ſm̄ btm̄ Aug.. ꝙ lex tali
onis nō extendit̃ ad cām uiri.ↄtra mulierē
ſed in aliis cāis.ut qui teſtimonio falſo alte
ri nocere uoluit.eaḋ pena plectit̃ qua fuerat
alt̃ plectendus: ⁊ hoc eſt qḋ dicit Aug⁹ ſuꝑ
ꝑ̄dictā legē Deutro.22°.⁊ cā eſt: q̄a nō ſunt

ꝑſone pares vir ⁊ mulier. ¶ Ad tertiū dō. ꝙ ſicut dicit Apl's Ro. 8°. Nō accepiſtis ſpiritū ſeruitutiſ iteꝝ in timoꝛe ⁊c. Lex vetus lex ſeruitutis eſt. Lex noua lex libertatiſ. Inde eſt ꝙ in noua lege ſupinducta ſeruit⁹ ex pte debiti carnalis ⁊ cohabitationis vt in ꝑmiſſione repudii ꝑ legē veterē tollit̃. q̄a ſic dr̃. 3° Gal. In dño nō eſt ſeruus: nec liber: nec eſt maſculus uel fem̄a. Oēs enī vos vnū eſtis in xp̄o: ⁊ hac rōne in noua lege ꝑitas eſt in cā diuoꝛtii: q̄uis in ueteri lege nō fuit paritas in cauſa repudii.

Poſtea queritur de

p̄cepto ſcribendi libellū repudii. de quo dr̃ Deut. 24°. Si vxoꝛ nō inuenerit gratiā ī oculis uiri ꝓpter aliquā feditatē ſcribet libellū repudii. Dixerūt aūt quidā: ꝙ in hoc libello ſcribebant̃ cāe ꝓpter quas cā repudiabat.

¶ Querit̃ igit̃. ſi ex quacūꝗ cā poterat vir repudiare vxoꝛē: qd̓ vr̃. q̄a ex quacūꝗ cā bona ſeu mala turpi uel honeſta poterat ſurgere odiū in malo viro. Nā ꝓbitas v̓tutis multotiēs eſt cā: q̄re boni odioſi ſint malis. Vn̄ dicit Aug⁹. Oculis egris odioſa eſt lux ſic iudeis eſt xp̄s. 2° Sap. Grauis eſt nobis ad videndū ⁊c. quia in v̓itate ſūt vie eius. g° ex bonitate uxoꝛis poterat eſſe odioſa viro ſed ꝓpter odiū quo timebat̃ homicidium: ꝑmittebat repudiū. Ergo ꝓpter bonitatē uxoꝛis poterat vir ipā repudiare. Nā ſic dicit Rabanus ſup Math. 19. Maluit repudium indulgere: q̄ deſiderio ſcdaꝝ nuptiaꝝ fieri homicidiū: uel ꝑdurare odiū. ¶ Cont̃ Deut 24°. Cū nō inuenerit gratiā coꝛā oculis ei⁹ ꝓpter aliquā feditatē ſcribet libellū. Glo. feditatē. i. pccm̄ qd̓ cognoſcit in ea. ergo ſolū ꝓpter peccatū poterat repudiare. ¶ Itē querit̃ vtꝝ odiū ꝑſeuerans debuit eſſe cā repudii: qd̓ vr̃. q̄a ſicut dicit Criſo⁹. Oēs res ꝑ eaſ cās ꝑ quas naſcit̃ diſſoluit̃. Si g° matrimoniū naſcat̃ ꝑ ɔſenſū amoꝛis. diſſoluit̃ ꝑ oppoſitū. ſ. diſſenſū odii. ¶ Itē ad idē eſt auctoritas Deutro. 24°. Cū egreſſa alteruꝫ maritū duxerit: ⁊ ille q̄ꝫ eā oderit dederitꝗ libellū repudii ⁊c. ¶ Cont̃ Deut. 22°. Si duxerit uir uxoꝛē ⁊ poſtea odio habuerit eaꝫ ⁊ obiecerit ei ſtuprum ante coniugiū ſi defecerit in ꝓbatiōe v̓berat̃ ⁊ ɔdemnat̃ c. ſiclis argenti ⁊ nō poterit eā dimittere oī tēpoꝛe vite ſue. Ex hac g° lege iubet̃ vir retinere ꝑpetuo odioſā mulierē. odiū igit̃ nō eſt ī lege vniuerſalit̃ cā repudii. ¶ Itē cū in euāgelio nec odiū: nec ꝑſeuerātia odii: nec timoꝛ homicidii ſint cā diuoꝛtii. ſed ſolū foꝛnicatio Vn̄ eſt ꝙ in lege ſunt cā repudii. nā foꝛnicatio opponit̃ matrimonio vnitati copule carnalis ꝑ quā ɔſūmat̃ matrimoniū. Odiū vero opponit̃ vnitati ɔſenſus ꝑ quā efficit̃ matrimoniū. magis g° opponit̃ vinculo matrimonii odiū q̄ꝫ foꝛnicatio. ergo magis dꝫ eſſe cā diuoꝛtii in noua lege. aut ſi ibi nō eſt cauſa diuoꝛtii. nec in lege veteri dꝫ eſſe cā repudii

¶ Itē cā repudii ponit̃ diſplicentia cū dr̃ Deut. 24°. Cū nō inuenerit gratiā an̄ oculos viri ꝓpter aliquā feditatē ſcribet libellū.

¶ Itē ponit̃ cā odiū: vnde ibidē ſequit̃ de ſcdo marito repudiante: cū oderit eaꝫ dederitꝗ ei libellū ⁊c. ¶ Itē ponit̃ cā. timoꝛ homicidii. vn̄ ibidē dicit glo. Scripſit Moyſes p̄ceptū illud. ſ. de ſcribēdo libello: mallēs indulgere diſſidiū q̄ꝫ ɔmitti homicidiū. Preter has cās neceſſariū erat aſſignare repudianti cām diſplicētie. ſic dic̃ lex aliquā feditatē: que erat pma ⁊ pncipalis cā repudii.

¶ Querit̃ igit̃ quō oꝛdinat̃ h̃ cālitas feditatiſ diſplicētie: timoꝛis: homicidii. ¶ Itē q̄rit̃ ſi hu⁹ cāe ī libello ſcriberent̃. ¶ Itē cū poſſibile eſſet ꝙ ſcribē neſciret repudiās quō dr̃ ſcribet libellū repudii. ¶ R° ꝙ nō habem⁹ determinatū in lege de his que ſcripta erāt ī libello r̄pudii. ſ tn̄ ſic dic̃ Ioſeph⁹. Scriptura erat talis ꝓmitto ꝙ nunꝗ̄ tecū ɔueniam ⁊ ſic hēbat ptātem ex ꝑmiſſione legis mulr alii copulari. hēbat aūt libellū repudii ſcriptū: quia ſine eo nō credet̃ ei ꝙ eſſet repudiata. ¶ Sꝫ ſm beatū Aug. ɔ̄ Fauſtū. Precipiebat̃ ſcribi libellus vt moꝛa intueniēte ⁊ ɔſilio ſcribaꝝ diſſuadente vir a ꝓpoſito repudiādi deſiſtēt. Que āt fuerit ſcriptura ſufficiat qd̓ dixit Ioſeph⁹. ¶ Ad illud g° qd̓ p° querit̃ vtꝝ ex cā bona in muliere poſſet vir cā repudiare: dō. ꝙ nō. ſm legē eī opoꝛtebat ꝙ cā in muliere eſſet feditas aliqua que pōt itelligi uel in coꝛpe aliq̄ īfirmitas: uel turpitudo notabilis: uel in moꝛib⁹ rephenſibilis honeſtas. ꝓpt̃ quas poſſꝫ mulier merito diſplicere. vn̄ dic̃ Aug⁹ in glo. Deut. 24°. Multe erāt in lege cāe dimittendi vxoꝛes. xp̄s ſolā foꝛnicatōꝫ excepit. Math. 19. Ceteras moleſtias iubꝫ ꝓ fide ꝯ caſtitate ɔiugii ſuſtineri

¶ Ad illud g° qd̓ obicit ꝙ ex bonitate efficit̃ aliquis odioſus dō. ꝙ hoc nō eſt ꝑ ſe: ſ ꝑ accidens. Bonitas. n. ꝑ ſe amabilis eſt: ſed

ex maliciaaīe diſſentiētis a bono. Lex vero
nō reputat talē cāꝫ eē odii: uel diſplicētie.
¶ Ad illud x̄o qd̕ obicit ex oppoſito ꝙ fedi-
tas intelligiẗ peccm̄: ſi peccatū accipiaẗ ꝓprie
ꝓ culpa moraliẗ accipiẗ ⁊ ſumiẗ ex glo. mo
rali. Greg⁹ qui exponit illud de feditate re-
pudiante actionis terrene. Si x̄o peccatum
accipiaẗ coīter ꝓ defectu: ſic ſolet dici peccꝫ
in artificio: cū deficit ab arte. uel in corpore
cū deficit a debita diſpōe: ſm hoc feditas
dr̄ defcūs aliquis enormis ī corpe ſiue mo
ribus mulieris. ¶ Ad illud x̄o qd̕ poſtea q̄-
riẗ. vtꝝ odiū debuerit eē cā repudii: dd̕. ꝙ
ſic. ſed nō ꝓpter h̄ qd̕ opponiẗ ꝯſenſui ma-
trimonii. ſed ꝓpter pſūptionē violentā ma
ioris mali ſecuturi. ſ. homicidii: ex quo tota
liẗ deſtruiẗ vinculū matrimonij ⁊ in illo po
pulo dure ceruicis: ⁊ ad maleficia ꝓno. ¶
Ex hoc ſic ſupdictū eſt: accidēt diuiſio. pu-
gna: ⁊ ꝯtentio: que ex cāis minorib⁹ freq̄nti⁹
ꝯtingebat. Qꝫ g⁰ dicit Criſo⁹. Qꝫ oīs res per
eas cās p quas naſciẗ diſſoluiẗ. nō facit ad
hoc: ꝙ p diſſenſū debeat ſolui matrimoniū
q̄a ⁊ ſi matrimoniū cauſareẗ p ꝯſenſum h̄
tn̄ nō eſt niſi īteruenīēte diuina auctē approba-
bante ꝯſenſū. Jnde ē etiā ꝙ inẗ illīcitas per
ſonas īteruenīēs ꝯſēſus nō efficit matrimo-
niū: q̄a deeſt auctas diuine ꝓbōnis. Diſſen
ſus igiẗ ſequēs matrimoniū nō poterit ſol
uere matrimoniū ꝯtractū p ꝯſenſū diuina
auctē approbatū. Vn̄ Math. 19⁰. dic̄ ſaluator
Qd̕ de⁹ ꝯiunxit hō nō ſepet. ¶ Ad illud x̄o
qd̕ ex oppoſita pte obiciẗ: ꝙ odiū nō erat ge
neraliẗ cā repudii. Dicendū ꝙ in duob⁹ caſi
bus fallebat pmiſſio repudii. Prim⁹ erat in
falſa accuſatione vxoris de ſtupro ppetrato
ante ꝯiugiū. Scd̕s in defloratione puelle: q̄
nō hēbat ſponſū: quia tūc tenebaẗ eā accipe
in uxorē. ⁊ ī his duob⁹ caſib⁹ nō poterat ux-
orē dimittere cūctis dieb⁹ vite ſue. ſic hēẗ
Deutro. 22⁰. Qd̕ ītroductū eſt in fauorem
virginitat: ⁊ data eſt ꝓhibitio repudii in
cāu ſpāli cū eſſet pmiſſio in gn̄ali: q̄a p hoc
nō timebaẗ malū publicū euenire. ſic timere
tur ſi eſſet ꝓhibitio repudii gn̄alis: vt ſupra
dictū eſt. ¶ Ad illud x̄o qd̕ obiciẗ: ꝙ odiū
in noua lege dꝫ poti⁹ eſſe cā diuortii q̄ꝫ for
nicatio. dd̕. ꝙ in fornicatione eſt libido uo-
luntat: ⁊ act⁹ inordinat⁹ ex pte carnis. Libi-
do x̄o uolūtat opponiẗ amori uoluntat: ⁊
ꝯſenſui: p quē efficiẗ matrimoniū. q̄a ille cō
ſenſus eſt vt hēat iſtā vt ſuā ⁊ nō aliā: ⁊ eꝯ

Actus x̄o inordinat⁹ ex pte carnis: p quam
violaẗ fides thori opponiẗ federi copule car
nali p quā ꝯſūmaẗ matrimoniū. Jnde eſt ꝙ
ſaluator manēte vinculo ꝯiugali inẗ ꝯiuges
fornicationē poſuit cām diuorcii: quo ſepe
reẗ q̄ntum ad cohabitationē. ⁊ abſoluitur
debitū mutue ſeruitut: nō aūt ſic ē de odio
q̄a ſic ſup̄ oſtenſuꝫ eſt nō p ſe opponitur ipi
ꝯſēſui. per quē efficitur matrimoniū. ¶ Ad
illud x̄o qd̕ queritur de ordine cāliratis. dd̕
ꝙ cū q̄tuor ꝯcurrerent ad cālitatē repudii
feditas. diſplicentia. odiū. timor homicidii
feditas ſic dcꝫ ē attendebatur in defectu. di
ſplicētia in affectu aſpectū. Vn̄. 24⁰. Deutro
dr̄. Et nō inuenerit gratiā ante oculos eius
Odiū x̄o in affectu. homicidiū x̄o timebaẗ
in effectu. ¶ Ad illud x̄o qd̕ q̄ritur vtrum
iſta ī libello repudii ſcriberetur: ſm Joſephū
dd̕. ꝙ nō: quia ſicut ipe dicit ſcribebatur ꝓ
miſſio de nunq̄ꝫ ſimul ꝯueniendo. ſic. n. ha-
bebat prātem alii copulari. ¶ Ad illud vero
qd̕ obr̄ ſcribet libellum: cum poſſibile eſſet
ꝙ neſciret ſcribere intelligendū eſt ſcribere
uel ſcribi facere.

Ultimo queritur de pre

cepto nō recipiende uxoris p⁹ repudiū. de q̄
dr̄ Deut. 24⁰. Nō poterit p̄or marit⁹ recipe
eā in uxorē: q̄a polluta eſt ⁊ abhoīnabilis fa
cta corā dn̄o: ne peccare facias terrā tuaꝫ ꝙ
dr̄ de repudiata que ꝯtraxerat cum alio.
¶ Sed obr̄: cū repudiata duxerit alteꝝ ma-
ritū: p̄ori viuēte de iure nullū fuit mr̄imo-
niū: quia ſicut dr̄ Ro. 7⁰. Que ſub viro ē mu
lier viuēte viro alligata eſt legi. g⁰ de iure
ſtabat p̄mū matrimoniū. De iure g⁰ matrio
nii tenebatur vir illā recipere ſi ipa uellet.
¶ Jtē eadē ſunt moralia in ueteri lege ⁊ in
noua lege. ſed in noua lege morale eſt ſi peni
tet indulgere. Vn̄ Math. 18⁰. Cū Petrus que
ſiuiſſet a dn̄o quotiēs peccabit in me frater
me⁹ ⁊ dimittā ei vſqꝫ ſepties. Rn̄det ei dn̄s
Nō dico tibi ſepties ſed vſqꝫ ſeptuageſieſſe-
pties. ergo ⁊ in veteri lege ſi repudiata peni
teret de hoc ꝙ nupſerat alii. debat vir īdul
gere. g⁰ debebat eā recipe. ¶ Jtē ſic dic̄ inẗl
ſuper illud: quia polluta eſt abhomiabilis. ſ.
ipi⁹ iudicio qui eā q̄i pollutā p̄us dimiſit. Er
go ex repudiatione fcā eſt polluta: nō ex eo
ꝙ nupſerat alii. cum g⁰ ſine culpa ſua poſſet
repudiari: ſine culpa ſua dr̄ pollui. g⁰ inter-
ueniente ex pte viri pnīa de odio quo eam

repudiauerat maxīe v₃ recipi. ¶ Itē obr̄ ꝺ hoc qꝺ ꝺr̄. ne peccare facias terrā tuā. vt̄ n. ꝙ nō recipiēdo maius eſſet peccatū. qa ſi nō poterāt ꝯtinere ⁊ coibant: peccabāt mortalr̄ ¶ Rn̄den ꝺ in lege repudii quiddā erat in ꝑmiſſione: vt viro repudiare: ⁊ repudiate cū alio ꝯtrahere. quidda in mali retardationem vt ꝑceptū de libello ſcribendo. Quiddā vero in punitionē vt ꝑceptū de nō recipiēda vxore pᵒ repudiū. hoc. n. introductū eſt in onus ⁊ penā. ¶ Ad illud gᵒ qꝺ obr̄ ꝑmo. ꝺꝺm. ꝙ mandatū ſupioris ſoluit debitū iuris inferioris. ſicꝫ ꝺr̄ Ro. 13ᵒ. ſup illud. Oīs aīa potestatibus ſublimibꝰ ſubdita ſit. Inde ē ꝙ ius matrimonii quo tenet̄ vir uxorē recipe pari exiſtente ꝯditione vtriuſqꝫ ſoluit̄ ꝑ mandatū dei: qui eſt ſupior. qui ꝓhibet ipam non recipi a viro. ¶ Ad ſcꝺm ꝺꝺ. ꝙ in vtraqꝫ lege. Penitenti tenet̄ qlꝫ indulgere: ſed hoc intelligit̄ qn̄tum ad dimiſſionē rancoris: q̄ rancor eſt ex affectu iiuſticie. nō qn̄tū ad dimiſſionē iuſte punitionis que ꝓcedit ex zelo iuſticie. In ꝑdicto aūt cāu iuſta erat punitō vtriuſqꝫ. ſ. viri ⁊ mulieris. in h qꝺ ꝓhibuerat deꝰ poſt repudiū vir₃ vxorē nō recipe. Uterqꝫ enī peccauerat ꝯtra matrimoniū: ⁊ ille repudiādo: ⁊ illa aliū ducendo. ¶ Ad tertiū ꝺꝺ ꝙ illa inſt̄. moralis eſt: ⁊ ſumit̄ de quadam glo. Gregorii in qua ꝺr̄. ꝙ mulier quam vir repudiauerat eſt terrena actio hanc vir ſuo iudicio polluit. eo enī ipō ꝙ ipam repudiat pollutā iudicat. Terrena xp̄o actio nō pōt redire ad ꝑorē vir₃. quia nēo mittens manum ad arat₃ ⁊ aſpiciēs retro aptꝰ eſt regno dei ¶ Ad litterā aūt: polluta fiebat mulier quia ducebat aliū: ſic pꝫ ꝑ Ieremiā. 3ᵒ. Si dimiſit vir vxorē ſuā ⁊ recedens ab eo duxerit aliū nunqd n̄ polluta etiā ꝯtaminata eſt mulier illa ⁊c. ⁊ Ro. 7ᵒ. Uiuēte viro uocabit̄ adult̄a ſi fuerit cū altero viro. ¶ Sed querit̄ ꝺ illa que nō ꝯtrahebat cū alio: nunqd talis poterat recipi: vr̄ ꝙ ſic. alr̄ enī iniuſte agit̄ cū illa q̄ punit̄ ſine culpa. ¶ Ad qꝺ ꝺꝺꝫ. ꝙ ꝯtingit bene alīquē puniri ſine culpa: nō tn̄ ſine cāa: ſicut ſcīn Iob. ꝓpter intuitū maioris meriti. Ita etiā ꝑdicta mulier in ꝑdicto cāu puniebat̄ ꝓpter deuitatōēꝫ mali maioris ne. ſ. ſi paſſim reciperent̄ repudiate ꝓniores fierent viri ad repudiandū. ¶ Ad vltimū₃ ꝺꝺ. ꝙ ita intelligendū eſt ne peccare facias trā. i. vt facias nō peccare. vbi vi₃ ex h alii trant̄ a dandis libellis repudii.

INquiſito de lege repudii. Inquirendū eſt de lege zelotipie ſeu inueſtigationis adulterii ſpecialit̄: ꝓuis hoc tactū ſit ſup̄ qōne de vulgari purgatione. Eſt igit̄ lex Nume. 5ᵒ. talis ſi ſpiritꝰ zelotipie ꝯcitauerit vir₃ ꝯt̄ vxorē que vl̄ polluta eſt uel falſa ſuſpitione appetit̄ adducet eā ad ſacerdotē ⁊ offeret oblatōꝫ. Circa quā legē q̄rūt̄ tria. ¶ Pꝛio vtr₃ ſic inueſtigare adulteriū fuerit licitū uel illicitū. Scꝺo vtr₃ in noua lege aliquid ꝯſimile ſit licitum ¶ Tertio q̄re in lege determiet̄ inueſtigatiuū₃ adulterii ⁊ nō furti.

Ad pꝛimum ſic obr̄. Illicitu₃ eſt tēptare dn̄m Cū hoc ſit ꝓhibitū Deutro. 6ᵒ. Nō tēptabis dn̄m deū tuū. ſed ſic inueſtigare adulteriū eſt temptare deū: q̄a hoc eſt ſignū q̄rere virtutis ⁊ efficacie diuine qꝺ reprehendit̄. 16ᵒ Math. Generatio mala ⁊ adultera ſignū q̄rit ⁊ Yſa. 7ᵒ. cum dictū eſt Achas. Pete tibi ſignū a dn̄o deo tuo. Rn̄dit nō petā ⁊ nō tēptabo dn̄m. q. d. ſi ſignū peterē deū tēptare₃ Cū ergo in hac inueſtigatōe peteret̄ ſignum a deo: vt ſi rea eſſet mulier putreſcēt femur eiꝰ: ⁊ tumēs vterꝰ rūperet̄. ſic inueſtigare erat deū temptare. ¶ Itē ſi hoc eſſet licitū poſſet trahi ad ꝯſequētiā ⁊ in noua lege manere Cū gᵒ in noua lege videat̄ dānari. Relinquit̄ fuiſſe illicitū. ¶ Itē qꝺ fit ꝯtra caritatē ⁊ rectitudinē ꝟitatis ſimplicit̄ eſt illicitū. ſꝫ qꝺ fit ſpū zelotipie ꝯcitāte vir₃ ꝯtra uxorē que etiā falſa ſuſpitione appetit̄ fit contra concordiā caritatis ⁊ rectitudinē ꝟitatis. ergo ſimplicit̄ eſt illicitū: factū eſt igit̄ ex lege permittente nō ex lege ꝑcipiēte ſeu approbante ſicꝫ repudiū. ¶ Contra. Oē qꝺ eſt a deo inſtitutū ⁊ de ſe ordinatū ad finē bonū ſimplr̄ eſt licitū. Sed talis eſt hiꝰ inueſtigatio: q̄a ſicut ꝺr̄ in textu Nume. 5ᵒ. Mulier ſi rea eſt erit i maledictionē. ⁊ in exēplū oī ꝑplo: ⁊ ita vidētes eā punitā abhorrebūt ꝯmittere adulteriū. ¶ Itē in eodē caᵒ. in fine dicꝫ ꝙ maritus abſqꝫ culpa erit. ⁊ illa recipiet iniquitatē ſuā ſi rea fuerit: ſed ſi hoc eſſet illicitū nō eſſet maritꝰ qui hoc faceret abſqꝫ peccato. ¶ Itē dn̄s ſacrificiū ꝑ qꝺ fiebat inq̄ſitio recipiebat: ⁊ ꝑ ſuū miniſtrum ſacerdotē. ſed ſi talis inq̄ſitio eſſet illicita ꝙ in ipā uel circa ipām fieret nō ſuſciperet̄ a deo. q̄a ſicꝫ ꝺr̄. 35ᵒ. Eccl. Noli offerre munera praua. nō enī ſuſcipiet

illa. ⁊ iteꝝ. 34°. Dona iniq̃ꝝ nõ ꝓbat altiſſimꝰ
nec reſpicit in oblationibꝰ iniquoꝝ. ¶ Rñ°
ſm diuerſas ꝯſideratões poſſet dici ꝙ q̃tū
ad ſtatū veteris legis: licita pōt dici hꝰ īue
ſtigatio in aliquo cāu. illicita x̃o in alio. Si
eñi aliquis zelo iuſticie motꝰ: ꝯtra peccatū
attendens inſtitutū diuinā ſm formā p̄dcē
legis cū ſupplicatione ⁊ reuerentia ꝑ hꝰ ſa-
crificiū uolēs inueſtigare adulteriū nō pec-
cabat. Si x̃o libidine vindicte: ⁊ irrōnabili
ſuſpitione ꝯmotꝰ ad hꝰ inueſtigationē pro
cedet: peccabat. In p̄mo g° cāu erat licitum
in 2° x̃o illicitū. ¶ Ad illud g° qḋ p̄mo obiċ
ꝙ ſic inueſtigare erat deū tēptare. qȓ h̄ erat ſi
gnū x̃tutꝭ diuine querere ⁊ efficacie. Diſti-
guēdū. ꝙ tēptare deū dr̄ duobꝰ mōis. Uno°
ſe p̄ſūptuoſe ex toto deo exponē: cum poſſit
hr̄e q̄d faciat. Uñ diċ Augꝰ ſup illud. 2. cor.
12°. Per feneſtrā in ſporta dimiſſus ſū. diċ
nō dꝫ aliquis expectare diuinū auxiliū dū
habeat quid faciat: ne videat tēptare deum
Alio° dr̄ tēptare deū ſignū diuine x̃tut: cū
irreuerentia: ſeu incredulitate q̄rere. ſiċ Ma
th. 16°. Acceſſerūt ad ihm phariſei tēptātes
⁊ rogauerūt vt ſignū de celo oſtenderet eiſ
¶ Itē peti ſignū a deo pōt duobus modis.
vno° licite cū. ſ. petit ex fide cū reuerentia
⁊ ſupplicatione. ſiċ Habraam petiit ſignū a
dño de terra ſibi ꝓmiſſa poſſidenda. Geñ.
15°. dicēs. Dñe deꝰ vnde ſcire poſſū: ꝙ poſſeſ
ſurꝰ eā ſū. Et ſiċ Gedeon petiit a dño ſignū
in uellere. Iudi. 6°. Alio° illicite: cū. ſ. petit
ſignū cū irreuerentia ⁊ ex incredulitate. Et
hoc mō ſignū petē eſt deū tēptare. vt dictū
eſt Yſa. 7°. Dicit Achaz nō petā ſignū. ſ. ⁊ nō
tēptabo dñm. In p̄mo g° cāu petebat ſignū
ex fide cū reuerentia ⁊ zelo iuſticie: qḋ non
eſt deū tēptare. ¶ Ad ſcḋm x̃o dḋm. ꝙ lex
iſta nō manet in noua lege: nō quia nō fuerit
ī p̄dicto cāu licita. ſed quia eſt cū obſuātiis
cerimonialibꝰ data: que in noua lege ſūt eua
cuate. ¶ Ad tertiū dḋ. ꝙ in p̄dicto cāu non
erat inueſtigatio cont̄ caritatē: nec ꝯtra ve-
ritatis rectitudinē. Uñ notandū ꝙ ſpūs zelo
tipie dr̄ duobꝰ modis. Uno° ꝓ affectu libi-
dinoſo vindicādi ſuſpicatū adulteriū uxoris.
⁊ ſuſpicatione irrōnabili. ⁊ iſto° in p̄mo ca
ſu nō accipit ſpūs zelotipie. Alio° ſpiritus
zelotipie accipit ꝓ affectu x̃tuoſo ex zelo iu
ſticie vindicādi ꝓbabilit ſuſpicatū uxoris
adulteriū: quo mō accipit in p̄mo cāu. nec ē
ſile de repudio ⁊ lege zelotipie. Nā repudiū

ꝯtrariū eſt legi nāe: ⁊ legi grē. Lex x̃o zeloti
pie ſm p̄dictū mođ nō. ¶ Ad ea x̃o que ex
oppoſito obiciūt q̃tum ad caſū ſcḋm. Re-
ſpondenđ ad p̄mū ꝙ aliquid dr̄ a deo īſti-
tutū duobꝰ modis. vel ab ip̄o ꝑmittēte ſiċ
lex repudii. ⁊ ſiċ lex zelotipie. Quātū ad ſe-
cunđ caſū: ⁊ tē nō ſequit ꝙ ſit licitū. īmo
magis ꝙ illicitū uel ab ip̄o p̄cipiente. ſiċ lex
de ꝓbōne ꝑ teſtes. Deu. 19°. Nō ſtabit teſtis
vnus ꝯtra aliquē. Sꝫ in ore duoꝝ uel trium
ſtabit oē uerbū ⁊ ſilia: ⁊ de tali inſtituto ſe
quit ꝙ ſit licitū. ¶ Itē aliq̄d ordinatū ad
finē bonū dr̄ duobꝰ modis: uel ab homis ī
tentione. ⁊ hoc mō in ſcḋo cāu inueſtigatō
nō erit ordinata ad bonū: uel a diña diſpōe
que etiā ip̄a mala que ꝑmittit fieri ordinat
ad bonū. Uñ Augꝰ. Nō ꝑmitteret deꝰ mala
fieri: niſi ex eis eliceret bonū. ⁊ hoc mō non
ſequit eſt ordinatū ad bonū. Ergo bonum
uel licitū in quē modū ītelligit inueſtigatio
p̄dicta ordinata ad bonū: qȓ ex illa eliciebat
dūs bonū terroris. quo timerēt comittere
adulteriū. ¶ Ad aliud x̃o qḋ dr̄ ꝙ maritꝰ
abſq; culpa erit ītelligendū eſt. i. abſq; reatu
pene legalis. differt. n. dicē reatum ⁊ culpam
peccatū. n. dr̄ ex đfectu boni. culpa ex reatu
pene. qȓ ergo hꝰ inueſtigatio nō puniebat
ſed ꝑmittebat a lege. dr̄ maritꝰ abſq; culpa
eſſe q̄uis nō abſq; peccato in ſcḋo cāu.
¶ Ad vltimū dḋ. ꝙ in ſacrificio zelotipie
duplex ꝯcurrebat actus. actus viri zelotipie
ſpiritu ꝯcitati. ⁊ hic actꝰ erat ꝑmiſſus nō ap
probatus a deo. In cāu ſcḋo ⁊ actꝰ ſacerdo
tis qui ſm diuinā inſtitutionē q̄i coactꝰ offe
rebat: ne vir peiꝰ faceret. hoc eſt ne ſuſpitiōi
ſue relictꝰ vxorē interficeret: ⁊ iſte actꝰ erat
acceptus a deo ⁊ approbatus.

Deinde queritur vtꝝ

in noua lege ꝯſilis inueſtigatio ſit licita. ⁊
ad iſtud diſputatū eſt ſup̄ qōe đ purgatōe
vulgari: ⁊ auctoritabꝰ euidēt oſtenſū eſt: ꝙ
talis inueſtigatio in noua lege illicita eſt. vñ
iudicia aque feruentis ⁊ ferri ardentis ſūt
ab eccleſia ꝯdēnata. ¶ Sed ad hoc obr̄. Nā
ſi eſſet aliqđ inueſtigatiuū mali ſuſpicati vt
poſſent hoies puniri de malo occulto ſicut
de manifeſto. Multo magis ſibi timerēt pec
cantes: ⁊ a malo declinarent. ſed illud eſſet
valde vtile ſaluti hūane. g° talis inueſtigatio
neceſſaria eſt in noua lege. ¶ Coñ. i. ad Cori.
4°. Nolite añ tp̄s iudicare quo ad uſq; dñs

veniat ꝛ illuminabit abſcondita tenebraꝝ
ergo occulta mala ſunt diuino iudicio reſer
uāda. ¶ Itē Aug⁹ in omel. de pnīa. Multi
corrigūt vt Petr⁹. multi tollerant vt iudas
multi neſciūt donec veniet dn̄s: qui illumi
nabit abſcōdita tenebraꝝ. Inueſtigatio igit
occultoꝝ eſt diuino iudicio reſeruanda. ¶
R° malū occultū dr̄ duob⁹ modis. Uno
malum quod non poteſt conuinci: nec per
ꝯfeſſionē: nec ꝑ ꝓbationē facti. tn̄ habentur
ꝯiecture: ꝛ quedā p̄ſumptiones facti. Alio
mō dr̄ malū occultū qđ latet. ꝛ q̄tū ad fcm̄
ꝛ q̄tum ad ꝯiecturā. In p̄mo cāu in noua le
ge fit inueſtigatio ꝑ inquiſitoꝝ: ꝛ ꝓpter ꝯie-
cturā ꝓbabilē inducit purgatio. ſicut ſupra
dictū eſt qōne de inquiſitionib⁹ ꝛ purgati-
onib⁹. In ſcđo cāu nullū dꝫ eē īueſtigatiuū.
Un̄ Aug⁹ in omel. de pnīa. Ad hoc ī ſcriptu
ris ſunt exempla poſita uelut in meſſem vt
palea ſufferat vſqꝫ ad vltimū ventilabꝝ: vel
ił illa retia: vbi piſces mali cū bonis vſqꝫ ad
ſegregatōꝫ que futura eſt in littore. i. in fine
ſeculi. Math. 13°. Equo aīo tollerent. ¶ Itē
eſt inueſtigatio ꝑ diuinū iudiciū ſup̄ actum
hūane inuētionis. ꝛ hi⁹ īueſtigatio in x̄ita
te illuceſcēte tpe grē dꝫ ceſſare. ſicut ſup̄ oñſuꝫ
eſt qōe de vulgari purgatōe. Et ē īueſtiga°
ſm̄ diſcretionē diue legis ꝛ canonū hꝫ ſta
tutū humane inuētionis. ꝛ hec eſt dt̄mina
ta ꝑ canones ꝛ diuinas leges. ſicut ſup̄ oſten-
ſū eſt qōe de inquiſitionib⁹ ꝛ purgatōib⁹
¶ Ad h̄ g° qđ obr̄ ꝙ hi⁹ īueſtigatio incute
ret timorē ꝛ faceret multos ceſſare a pecca
to ꝛc. d. đ. ꝙ ꝛ ſi alicui fortaſſe expediret: nō
tn̄ ꝯgrueret ſtatui tpis moderni. ſ. grē: quo
illuceſcente x̄itate dꝫ ceſſare īueſtigatio q̄
eſt ſupra humanā inuētionē: ꝛ iudicio diui-
no relinqui.

Poſtea queritur

q̄re ī ve
teri lege nō poſita eſt lex de īueſtigatōe fur
ti. ſicut de inueſtigatione adulterii. In noua
aūt lege ſm̄ antiquos canones: ſm̄ ꝑmiſſio-
nē poſita ſunt iudicia īueſtigatiua furti. ſicut
ſupra dictū eſt qōne de vulgari purgatione
¶ R° d. đ. ꝙ in ſtatu legis ueteris ꝓni erāt
hoīes ad ꝯcupiſcentiā carnis. In noua x̄o
lege ꝓniores ad ꝯcupiſcentiā oculoꝝ. Ideo
ad repſſionē ꝓnitatꝭ ſm̄ vtrūqꝫ ſtatū. Appo
ſitū fuit remediū ſm̄ ꝑmiſſionē: vt ī lege ve
teri inueſtigatiuū adulterii ad cohertionē
ꝯcupiſcētie carnis in noua lege antiquitus
inueſtigatiuū furti ad cohertionē ꝯcupiſcē
tie oculoꝝ. ſicut eni ꝯtigit in etate hoīs ſicut
in etate mūdi. ſic aūt eſt ꝙ in etate iuuenili
ꝓnior eſt hō ad ꝯcupiſcentiā carnis ꝓpt ha
bundātiā caloris incitantꝭ q̄ꝫ ad ꝯcupiſciam
oculoꝝ. In etate x̄o ſenili ꝓnior eſt ad cō-
cupiſceutiā oculoꝝ ꝓpter intētiōeꝫ frigidi
tatis: que hꝫ virtutē ꝯgregatiuā. ſm̄ aūt di-
ſpōeꝫ nāe ꝯtingit ꝓnitas ꝯcupīe: ſiſi mō in
etate iuuenili mūdi: que erat tpe legis: ꝓni-
tas erat maior ad ꝯcupiſciam carnis. In etate
x̄o ſenili que eſt tpe grē ꝓnitas maior ē ad
ꝯcupiſciam oculoꝝ. Un̄ Apls. Nos ſumus in
quos fines ſeculoꝝ deuenerūt. i. Cor. x°. Sic
igit terminata eſt īquiſitio đ iudiciis ꝑmiſ
ſionis. Nā de ꝑmiſſione vſure termiatū eſt
ſup̄ qōne de illo mādato. Nō furtū facies.

Cum ſicut ſupra

dictū eſt. in lege quedā mala fuerit
punita. Quedā x̄o ꝑmiſſa. In pte p̄cedenti ī
quiſitū eſt de lege ꝑmiſſionis. In hac vero
pte ingrendū eſt de legib⁹ punitōis. ¶ No
tandum ꝙ ꝓ culpis in lege duplex gen⁹ pe
ne inffigebat: corpalis: ꝛ tpalis. Corpalis que
īducebat paſſionē in corpe. Tēporalis que in
ferat detrimentū in poſſeſſione. ¶ Itē cor-
poralis pena in lege triplex erat: ſm̄ miāꝫ in
pena flagellationis. ſm̄ equitatē in pena tali
onis. ſm̄ ſeueritatē in pena ipugnatiōis ſeu
īterfectionis. ¶ De pena flagellatiōis dicit
lex Deu. 25°. Si iudices eū qui peccauerit di-
gnū viderit: plagis ꝓſternēt ꝛ corā ſe faci-
ant x̄berari ꝓ peccati mēſura. erit ꝛ plagaꝝ
mo⁹ ita dūtaxat vt q̄dragenariū numeꝝ ñ
excedat: ne fed⁹ lacerat⁹ añ oclos tuos abeat
frat tuus. ¶ Itē de pena talionis dic lex. 21
Exo. Aiam ꝓ aīa oculū pro oculo: dentē ꝓ
dente: manū ꝓ manu: vulnus pro vulnē ꝛc.
24°. Leui. Qualē inflixerit maculā: talē ſuſti
nere coget. ꝛ ſubdit. Equū iudiciū ſit inter
nos. ꝛ Deut. 19°. Cū inuenerint falſū teſtem
dixiſſe ꝯtra fratrē ſuuꝫ mēdaciū: reddent ei
ſicut fratri ſuo cogitauit facere. ꝛ ſbdit. Ocu-
lū ꝓ ocul. dentē pro den. p. ꝓ. p. exiges. De
pena īpugnationis ꝛ īterfectionis dic lex
Deut. 7°. Deuorabis oēs ꝑplos quos domi⁹
de⁹ tuus datur⁹ eſt tibi: nec ꝑcet eis oculuſ
tuus. ꝛ Exo. 22°. Maleficos nō patieris vi-
uere. ꝛ Deut. 20. Qn̄ accedes ad expugnāđ
ciuitatē offerres ei p̄mū pacē. Si aūt fed⁹ ini
re noluerint ꝛ ceperint ꝯ̄ te bellū: oppugnabis

eā. ⁊ ſequit̄ ꝑcuties oē qđ in ea eſt in oꝛe gla
dii. abſq; mulierıbꝰ ⁊ infantibꝰ. ¶ De pena
ꝗo tꝑali ſiue pecuniaria. dicit lex Exo. 22º.
Si qs furatꝰ fuerit bouē aut ouē ⁊ occiderit
l' uēdiderit: qnq; boues ꝓ uno boue rſtituet
⁊ qtuoꝛ oues pro vna oue. Si inuentū fue-
rit qđ furatꝰ eſt apud eū viuēs duplū reſti-
tuet. ¶ Scđm h' gº in pte iſta ingrendū eſt
¶ Pŕio de lege flagellationis. ¶ 2º de lege
talionis. ¶ Tertio de legibꝰ īpugnationis
⁊ occiſionis. ¶ Quarto de legibꝰ ſatiſfacti
onis ꝑ penā tempoꝛalē.

Circa legem flagellationis

incidit qſtio
vtꝝ mali ꝑ flagella ſint ad bonū cogendi. ⁊
vr̄ ꝙ nō: multiplr̄. Primo qa nullus pōt eſſe
īuite bonus. gº hoc ipm cogi ad bonū nō ē
ei bonū: nec cogenti. ꝯſtat hoc bonū eſt. Re
linquit̄ gº ꝙ nullus erit cogendꝰ ad bonū
¶ Jtē ſic dicit btūs Dionyſiꝰ. Nō coactam
habemꝰ vitā. imo ſic dicit Eccleſiꝰ. 15º. Ante
hoīem vita ⁊ moꝛs bonū. ⁊ malū qđ placue
rit ei dabit̄ ei. ⁊ reliqt eū in manu ꝯſilii ſui.
Si gº deꝰ ꝯceſſit hoī liberꝝ arbitriū ad bonū
⁊ ad malū. gº nō dꝫ hō cogi ad bonū. ¶ Jtē
nēo eſt cogendꝰ ad id ad qđ inutilit̄ cogitur
Sꝫ ad bonū quiſq; īutilit̄ cogit̄. quia deus
coacta ſeruicia aſpernatur. Unde. i. Coꝛ. 9º
dicit Apl's. Si neceſſitate euāgelizo nō eſt
mihi gloria: ſi aūt volēs hoc ago: mercedē
hēo. Si aūt īuitꝰ diſpenſatio mihi credita
eſt. ¶ Jtē. 2. Coꝛ. 9º. Cū đ elymoſinis Aplus
oꝛtat̄ ait. Unuſqſq; det ſeu ꝓut deſtinauit
in coꝛde ſuo nō ex triſticia: aut ex neceſſitate
ex quo dat̄ intelligi: ꝙ qui inuitꝰ dat ꝓpter
ꝑſitem pudoꝛē: ⁊ rē ⁊ meritū ꝑdit. ¶ Jtem
Gal. 5º. Scribēs Apl's legalia nō eſſe tenenda
dicit. Si ſpū ducimini nō eſtis ſub lege. ex q̄
apparet eū qui ſub lege. i. qui timoꝛe pene n̄
amoꝛe iuſticie fuit nō duci ſpū ſcō. Si autē
ſpū ſcō nō ducit̄ deo placere minime ualet.
¶ Jtē. i. Jo. 4º. Timoꝛ nō eſt in caritate. ſed
ꝑfecta caritas foꝛas mittit timoꝛē. Sꝫ ille q̄
cogit̄ timoꝛe agit̄ qui nō eſt ī caritate qui
manus ꝯprimit nō animū mutat quo pena
timet̄ ⁊ iuſticia nō amat̄. gº relinquit̄ ꝙ in
utilit̄ quiſq; ad bonū cogit̄. ¶ Jtē multi ex
coactione efficiūt̄ īpatientioꝛes. gº ⁊ deteri
oꝛes. ergo coactio ꝗgit eis in deteriꝰ. Cū gº
de oībus malis iſtud ꝑſumat̄. nullus maluſ
ad bonū eſt cogendꝰ. ¶ Jtē de lege nāe eſt
nō facē alii qđ nō uelimus nobis fieri. Tob

4. Si gº nullꝰ vult cogi: qa nullꝰ vult cōtriſtari
eiꝰ qđ vult. ergo de lege nāli nullus dꝫ aliū
cogere. ¶ Jtē ſi xp̄s ⁊ apl'i nobis imitandi
ꝓponūt̄. Sꝫ xp̄s iudeos malos in ſe credere
nō coegit. ſilr nec apl'i aliquos coegerūt. Er
go vīr mali nō erūt cogēdi: ⁊ maxie ꝑ flagel
la. cū dicat ſaluatoꝛ Math. 5º. Qui ꝑcuſſerit
te in vnā maxillā ꝑbe ei ⁊ alterā. Cōtᵃ Aug.
Uicētio donatiſte. Putas neminē debē co-
gi ad iuſticiā. cū legas patrēfamilias dixiſ-
ſe ſeruis. Luc. 14º. Quoſcūq; ineneritis cō-
pellite intrare. Poſtea ꝗo paulū ad ꝗitatem
cognoſcendā ⁊ tenēdā magna violētia xp̄i
cogentis eſſe ꝯpulſū. ¶ Jtē ad eundē Aug.
Flagellauerunt xp̄m iudei. iudeos flagella-
uit ⁊ xp̄s. Math. 21º. ⁊ Math. xi. Tradditi
ſūt apl'i ab hoībus hūane ꝑtāti: tradiderunt
apl'i hoīes ꝑtāti ſathane: ut Paulꝰ Coꝛithiū
i. Coꝛ. 5º. ¶ Jtē Aug. Donato ꝑſbro oſtendit
multiplr̄ ꝙ mali ſūt ad bonū cogendi. Prio
ſic. Si uolūtas mala ſꝑ ſue ꝑmittenda eſt li-
bertati. Quare yſraſite recuſantes ⁊ murmu
rātes q̄duris flagellis a malo ꝓhibebāt̄ ⁊
ad terrā promiſſionis ꝯpellebāt̄. ¶ Jtē augꝰ
eidē. Si uoluntas mala ꝑmittenda ē libertati
Quare Paulꝰ nō eſt ꝑmiſſus vti peſſima uo
lūtate qua ꝑſequebat̄ eccleſiā. ſed ꝓſtratus
eſt vt cecaret̄ cecatꝰ: vt mutaret̄. ¶ Jtē idē
eidē. Si uolūtas mala ſꝑ ſue ꝑmittenda eſt
libertati. quare pr̄ mouet̄ in ſcripturis ſcis
filiū duꝝ: nō ſolū uerbis coꝛripe. ſed etiā la-
tera eiꝰ tūdere: vt ad diſciplinā bonā coactꝰ
ad bonū dirigat̄. Eccl. 30. Curua ceruicē eius
in iuuētute: tūde latera eiꝰ dum infans eſt
ne foꝛte induret ⁊ nō credat tibi. ¶ Jtē idē
eidē. Si mala uolūtas ſue libertati ꝑmitten
da eſt. quare coꝛrigūt̄ negligentes paſtoꝛes
Ezech. 34º. ⁊ dr̄ eis. Errantē nō reuocaſtis
Perditū nō requiſiſtis. ¶ Jtē idē eidē. Te i
puteum miſiſti quo moꝛeris vtiq; libera vo
lūtate. nōne crudeles eſſent ſerui dei: ſi huic
male uolūtati te ꝑmitterēt: ⁊ nō de illa moꝛ
te liberarent. Si gº ſalus iſta coꝛpalis ſic cu-
ſtodiēda eſt: vt etiā in nolētibꝰ ab eis q̄ eos
diligūt ſeruet̄: q̄to magis illa ſpūalis in cꝰ
deſertione moꝛs eterna meruit̄. ¶ Jtē aug.
ad Bonifaciū comitē. Querūt an vim xp̄us
intulit quē coegit. Ecce habēt Paulū aplm
agnoſcant ꝑus eum cogentē xp̄m ⁊ poſtea
docentē: ꝑus ferientē ⁊ poſtea conſolantem
¶ Jte m Augꝰ eidē. Cur eccleſia nō cogeret
filios perditos vt redirent. ſed perditi filii

coegerũt alios vt pirẽt. ¶ Jtẽ Aug⁹ Uicẽtiõ
donatiſte. Si quiſq; inimicũ ſuũ piculoſis
febrib⁹ freneticũ factũ currere videret ĩpre
ceps. nõ ne poti⁹ malũ ꝓ malo reddẽt. ſi ſic
eũ ire pmitteret q̃ ſi corrigẽd⁹ curandũq; li-
garet: ⁊ tũc ei moleſtiſſimus videreť q̃ mi
ſericordiſſimus extitiſſet. ¶ Jtẽ Aug⁹ Bo
nifacio. Moleſt⁹ eſt medic⁹ furẽti frenetico
⁊ pr̃ indiſciplinato filio: ille ligãdo: ille cedẽ
do: ſed ambo diligẽdo. Si aũt illos negligãt
⁊ pire pmittant: iſta potius falſa manſue-
tudo ẽ crudelitas. ¶ Jtẽ Aug⁹ eid. Si duo
aliqui in una dõ ſiml habitarẽt quã certiſſi
me ſcirem⁹ ruiturã nobiſq; pnũtiãtib⁹ nol
lẽt recedẽ atq; in ea manere pſiſterent. ſi eos
poſſemus eruere uel iuitos vt vlteri⁹ redire
ſub ei⁹ piculo nõ auderẽt: puto niſi facere⁹
nõ ĩmerito crudeles iudicaremur. Ex his i-
giť relinquiť ꝙ mali ſunt etiã p flagella co-
gendi ad bonũ ⁊ corrigendi: quod ↄceden-
dũ eſt. ¶ Dicendũ igiť ꝙ lex flagellationis
lex mĩe eſt ⁊ caritatꝭ. Un̄ Aug⁹ in expõne ſ-
monis dñi in mõte dicit. Certe pfectio di-
lectionis ip̃i⁹ dei pr̃is nobis imitanda ꝓpo
niť cũ dr̃. Diligite ĩimicos. benefacite his q
oderũt vos: vt ſitꝭ filii patris veſtri qui ĩ cel
ẽ. ⁊ tñ de ipõ dr̃ p ꝓph̃az. Quẽ diligit dñs
corripit. flagellat aũt oẽm filiũ quẽ recipit
ꝓuer. 3°. quã auctoritatẽ accipit Ap̃ls Hebr.
12°. Ut is cui rez ordine ptãs eſt data: ea
volũtate vindicet: qua pr̃ filiũ flagellat quẽ
tñ p etatẽ nõ põt odiſſe. ¶ Ad p̃mũ g° r̃ñdꝫ
Aug⁹ in ep̃la ad Uicentiũ. Uides vt opinor
nõ eſſe ↄſiderandũ ꝙ quiſq; cogiť: ſed quale
ſit illud ad qd̃ cogiť vtrꝫ bonũ aut malum
nõ ꝙ quiſq; bon⁹ poſſit eſſe ĩuit⁹. ¶ Ad il-
lud g° ꝙ dicit. ꝙ ip̃m cogi nõ eſt ei bonum
interimẽd eſt. Nã p hoc facili⁹ duciť ad bo
nũ. quia cũ p̃mo cogiť inuit⁹. poſtmodũ de
ĩuito facilius fit voluntari⁹ ſicut oſtendit
Aug⁹ in ep̃la ad Bonifaciũ comitẽ. Jn pau
lo qui pena corpis ad euãgeliũ coact⁹ intra
uit act. 9°. Et plus illis oĩbus qui ſolo v̇bo
vocati ſunt in euãgelio laborauit. ¶ Ad ſe
cundũ dd. Scd̃m ſcm̃ Anſelmũ ꝙ libertas
ad peccandũ nõ eſt dicẽda libertas: nec pars
libertatꝭ cũ ip̃m malũ nõ ſit niſi defect⁹. vñ
cohercere voluntatẽ a malo. hoc nõ eſt ĩpe-
dire libertatẽ. ſed ip̃am adiuuare. ¶ Ad ea
que poſtea obicit ꝙ inutiliť cogiť qs ad bo
nũ. dd. ꝙ ſi bonũ ad qd̃ mali cogũť ſp ĩuiti
tollerarent: ⁊ nũq̃ volũtarii fierẽt. iutiliť co

gerenť ad bonũ. Sꝫ q̃a hũane nãe eſt ea q̃ ĩ
diſſuetudinẽ duciť abhorrere: ⁊ ↄſueta ma
gna cuſtodia diligere: id̃ p ↄſuetudinẽ de ĩ-
uitis fiũt uolũtarii. Un̄ Aug⁹ in pſal. 127°
dicit. Cũ p timorẽ gehenne ↄtinet ſe homo
a pccõ fit ↄſuetudo iuſticie: ⁊ incipit qd̃ du
rũ erat amari: ĩcipit timor excludi a caritate
⁊ ſuccedit timor caſtus de quo hic dr̃ quo
timemus ne diſcedat ne eo careamus.
¶ Ad illud qd̃ obr̃ ꝙ multi fiũt deteriores
ex coactione. R̃ñdet Aug⁹ Uicentio dona-
tiſte dicẽs. Nũquid id̃ negligenda eſt medi-
cina quia nõ nulloꝝ eſt inſanabilis peſtilen
tia. q. d. nõ ita nec negligenda eſt cohertio:
q̃uis ſequať in aliquib⁹ deterioratio: nec ẽ
uerꝫ ꝙ de oĩbus taliẽ ſit p̃ſumẽdũ. ĩmo de
quolꝫ p̃ſumẽdũ eſt rõne diuine gr̃e q̃ oĩbus
ſe offert ꝙ ſit emẽdand⁹. ¶ Ad aliud ꝙ diẽ
ꝙ de lege nãli eſt uelle nõ cogi. uerꝫ eſt uel-
le nõ cogi ad illud qd̃ nõ decet uel expedit
Cogi aũt ad bonũ expedit ⁊ decẽs eſt. ⁊ id̃
nõ eſt cõtr̃ legẽ nãlẽ. q̃a ⁊ ſi alienate a rõne
mẽti p maliciã odioſuꝫ ſit bonũ ad qd̃ cogi
tur. tñ poſtea ſanate mẽti fit amabile. ⁊ hoc
eſt qd̃ dicit Aug⁹ ↄtra Fauſtũ Frenetici no
lunt ligari. Litargici nolunt excitari. ſed pſe
uerat diligentia caritatis. Freneticum liga-
re. Ltargicum ſtimulare ambo offenduntť.
Sꝫ ambo diliguntur ambo moleſtati q̃diu
egri ſunt indignantur. Sed ambo ſanati
gratulanť. ¶ Ad illud v̇o qd̃ vltimo obiciť
de xp̃o ⁊ ap̃lis. iã reſponſuꝫ eſt. nã ſic dicit
Aug⁹ ↄtra Pelicianũ. Tradidit Ap̃ls hoĩeꝫ
ſathane in interitũ carnis: vt ſpirit⁹ ſaluus
ſit in die domini. 1. Cor. 5°. Tradidit Hyme-
neuꝫ ⁊ Alexandꝝ ſathane vt diſcerent non
blaſſemare. 1. Thi. 1. Et dñs flagello expulit
de templo improbos negociatores. Math
21°. ⁊ Math. 21°.

Cõſequenter queri
tur de lege talionis: circa quã queriť vtrum
vĩdicta ſit expetenda: qd̃ vr̃ p Aug. ↄt Fau-
ſtuꝫ qui dicit. Jllud qd̃ antiq̃s dictuꝫ ẽ ocu-
luꝫ ꝓ oculo: dentẽ p dente ⁊c. nõ eſt cõtrariuꝫ
ei qd̃ dr̃. 5°. Math. Dico vobis non reſiſtere
malo. ĩmoderate ac ĩiuſte vltioni Lex in-
ſtuꝫ moduꝫ figens: legẽ talionis ĩſtituit. vt
qualẽ quiſq; ĩtulit iniuriã: tale ſuppliciuꝫ pẽ-
dat. ⁊ ſubdit. cum peccet qs p ĩmoderatiõeꝫ
ĩiuſte vult vindicari. nõ peccat autẽ q̃ modũ
adhibẽs iuſte vindicari vult. remotior eſt a

pecō iiuſte vidīncte ꝗ nō vult oīo vīdicari
peccat eni qui exigit ultra debitū: nō peccat
qui exigit debitū. ergo uelle uindicari ſm
iuſticie debitū eſt licitū. ¶ Itē lex talionis
ↄtinet iuſtū ⁊ equum. Sed uelle qḋ iuſtū ⁊
equū eſt cuilibꝫ licitū eſt. g° uelle eruitionē
oculi illius ꝗ mihi eruit oculū: mihi licitū
erit. ¶ Item Aug⁹ in expōne pſal. 108°. dic̄
Sex dif̄e ſunt reddere bona ꝓ mal̄. nō red-
dere mala pro malis. hec bonoꝝ ſunt. ſꝫ pri-
mū melius: nō reddere bona pro bonis. red-
dere mala ꝓ bonis. hec duo maloꝝ ſunt. ſ
poſteri⁹ eſt deteri⁹ reddere bona ꝓ bonis.
reddere mala ꝓ malis. hec duo mediocriuꝫ
ſunt. pri⁹ ꝓpinquū bonis eſt qḋ xp̄s nō argu
it. ſed plus oportere dicit: quia ethnici hoc
faciūt. Math. 5°. poſterius ꝓpinquū eſt mal̄
ↄuenit tn̄ ⁊ bonis. vn̄ lex moḋ vltionis ſta-
tuit oculū ꝓ oculo. ¶ Con̄. Leuit 19°. Non
queres vltionē: nec memor eris iiurie ciuiū
tuoꝝ. ¶ Itē Deut. 32°. Mihi vindictā ⁊ ego
retribuā. ¶ Item Eccl. 28°. Qui vindicari
vult a dn̄o inueniet vindictā. ¶ Itē in pſal.
Si reddidi retribuentib⁹ mihi mala decidaꝫ
merito ab inimicis meis. ¶ Itē. i. Pe. 3°. Nō
reddentes malū pro malo. nec maledictuꝫ ꝓ
maledicto: ſed econ̄rio benedicentes. ¶ Itē
Aug⁹ ſup pſal. 108°. Lex talionis ſi dici pōt
iiuſtoꝝ iuſticia eſt. nō quia iniq̄ ē vltio quā
lex ſtatuit. ſed q̄a vitioſa eſt libido vlciſcēdi
⁊ hoc idē hr̄ ſup Math. 5°. ¶ Itē obr̄ de eq̄
tate legis talionis. Nā dic̄ lex Exo. 22. Qui
furat⁹ fuerit bouē ⁊ interfecerit uel vendi-
derit: q̄nqꝫ boues reſtituet. vbi dicit glo. quā
to minor in poſſeſſione comoditas: tāto mi
nor in amiſſione dolor. ſed q̄to melior ē qḋ
auferꝰ. tāto dolor amplior de amiſſione: ⁊
iō q̄a plus dolꝫ hō de amiſſione bonis q̄ o-
uis. g° pari rōe cū maior dolor ſit de amiſſi
one oculi q̄ bouis. cū nō ſatis ſit ſm legem
in furto bouis reddere bouē pro boue. Mul
to forti⁹ nō ſatis erit ſm legē reddere oculū
pro oculo. imo qui eruit oculū ſi hr̄et q̄nqꝫ
oculos dr̄et pro oculo eruto reddē. ¶ R°
ſicut dicit Aug⁹ ſup Math. 5. Modū vltioīſ
quē lex ſtatuit ad iudicē ꝑtinet. magiſqꝫ ipi⁹
eſt hoc inꝰ hōies diſcernere q̄ bonū hoiam
ſibi expetere. hic eni reddēret malū ꝓ malo
iudex x̄o nō. ſ dlectatōe iuſticie iuſtū ꝓ iiu
ſto: qḋ etiā de⁹ facit. Scḋm hoc g° diſtin-
guēdū eſt ꝙ expetere vindictā ꝑuate ꝑſone
nō eſt licitū. expetere x̄o vindictā ꝑſone iu-
dicis. vno° eſt licitū. alio mō illicitū. Licituꝫ
ex caritate ⁊ zelo iuſticie. Illicitū ex odio ⁊
libidine ire. licitū deſiderio correctionis. il-
licitū deſiderio afflictionis. ⁊ hoc eſt qḋ dic̄
Aug⁹ ſup Math. 5°. nō ꝓhibeꝰ vindicta que
fit ad correctionē. ſed hoc etiā nō ↄceditur
niſi ei cui ꝑtās ordine data eſt. ⁊ ſine ire vt
pr̄ in filiū. ¶ Ad illud g° qḋ ꝑmo obr̄ ꝙ n̄
peccat qui iuſte vult vīdicari: nec qui exigit
debitū. Dicendū ꝙ ſi ꝑuata ꝑſona ꝑ ſe vellꝫ
vindicari cū nō hꝫ iudiciariā ꝑtātem uellet
uindicari iniuſte. Iniuſta eni eſt vindicatio
que a nō hn̄te iudiciariā ꝑtātem infertur.
¶ Itē ſi deſiderio libidinoſo hō appeteret i-
iuſte uellet vindicari. Deſideriū aūt libidi-
noſum pōt eſſe uel ſe ipm nimis amādo uel
aliū odiendo. Et hoc eſt qḋ dicit Aug⁹ ſup
pſal. 108°. iniurie ꝓpulſatio. licet iiuſte petaꝰ
iuſte tn̄ ꝑſtaꝰ ab ipo. ſ. iudice. q̄ꝙ ⁊ ipa po
ſtulatio nō vſq̄q̄qꝫ iiuſte ꝓbaꝰ. Aliud eſt. n.
iiuriā ꝓpellere vt ſibi liceat uoluptuoſe viuē
Aliud vt alioꝝ vtilitati libere poſſit uacare
¶ Itē ſicut idē dicit in ſermone dn̄i in mō
te. Iudex vult illū quē vindicat nō pena mi-
ſeꝝ. ſed correctione beatū eſſe cū. ſ. iuſte vin
dicat. Idcirco reꝑhendit dn̄s diſcipulos pe
tentes ignē de celo ad ↄſumēdū eos qui no
lebāt eos recipe. aīaduertas eos non amare
correctionē. ſed odio deſiderare vindictam.
¶ Ad ſcḋm iā pꝫ rn̄ſio ex ꝑdictis. quia lex
talionis q̄tuꝫ ad iudicē qui zelo iuſticie pu
nit. ſm hāc legē ↄtinet iuſtū. Quātuꝫ x̄o ad
ꝑuatā ꝑſonā: uel qui libidine uindicte hō ex-
peteret: ↄtineret iiuſtū. Un̄ dicit Aug⁹. Si
bonus hō hic expeteret: maluꝫ ꝓ malo redde
ret. iudex x̄o nō. ſed delectatione iuſticie in
ſtū pro iiuſto qḋ eſt reddere bonū ꝓ malo.
¶ Ad tertiū qḋ dicit ꝙ reddere mala ꝓ ma
lis ꝓpinquū malū eſt: ↄuenit tn̄ bonis. Di-
cendū ꝙ hoc nō eſt ſimplr̄ dictū: ſ dꝫ itelli-
gi malū pene. n̄ tn̄ ex malo affectu ſeu mala
intentione queādmoḋ. dicit aug⁹. ꝙ petere
ul̄ ꝑſtare ſolidiū: vt uoluptuoſe quis iuuat i
crie: dānabile eſt. petere x̄o ul̄ ꝑſtare vt ma
li facultas adunaꝰ: ut eccleſia pacē adipiſcaꝰ
vt aliquis multoꝝ vtilitati ſeruetur utile ⁊
honeſtuꝫ eſt. Iñ eſt ꝙ Paulus ↄtra inſidias
iudeoꝝ petiit milites a ꝑtore ut illeſus ab
iiuria ſeruareꝰ act. 22°. Hinc in euangelio
Mercenari⁹ uocaꝰ qui vidit lupū uenietem
⁊ dimittit oues ⁊ fugit Joh. x°. ¶ Ad vlti
muꝫ dḋ. ꝙ in leſionibus ⁊ dānis lex q̄rebat

vtilitatē leſi: ⁊ correctionē alioꝝ. vt. ſ. ex pena ledētꝪ timerēt peccare. Vn̄. i. Thi. 5°. Peccantē corā omnib⁹ argue vt ceteri timorē hēant. Glo. vt pena vni⁹ met⁹ ſit multoꝝ. Cū g° in eruitione oculi ꝓ oculo ſatis ad correctionē ipſi⁹ punit⁹ ſit qui leſerat ⁊ alii pteriti nec aliquid vtilitatꝪ accreſceret leſo. ſi ledens altero oculo puaref. decreuit lex nō vltra ꝓcedere in inflictione pene. In reſtitutiōe xo q̄nq̧ boū ꝓ uno uel q̄tuor oviū ꝓ una. leſo vtilitas accedebat: q̄uis ledens pluſq̄ leſerat grauaretur.

P Oſtea querēdū

eſt d elege bellorum ſeu ipugnationis. ¶ Circa quā ꝑtem querūf tria. ¶ Primo vtꝝ mali poſſint licite debellari. ¶ 2° d circūſtātiis belli. ¶ Tertio de exercitio qđ eſt in tyrociniis.

Queritur ergo

vtꝝ bellare ſit licitū. Ad qđ Aug⁹ ad Bonifaciū. Noli eſtimare neminem deo placere poſſe qui armis bellicis miſtrat. In his erat ſcūs Dauid cui dn̄s tā magnū ꝑhibuit teſtimoniū. In his etiā illi⁹ plurimi tp̄is iuſti vt Joſue cui dr̄ 17°. Exo. Egreſſus pugna ↄtra Ama'ech ⁊ ceteri. ¶ Itē i his erat ille cēturio q̄ dn̄o dixit nō ſum dignus vt intres ſub tectū meum mat. 8°. ¶ Itē Aug⁹ ad Bonifaciū Joh. ab armis nō iubet diſcedere milites. Et xp̄s poſt tributa math. 24°. Ceſari monet reddi: quia ꝓpter bella neceſſaria militi ſtipendiū ꝑbeatur. ¶ Itē Aug⁹ in ſermōe de puero Centurionis. Si xp̄iana diſciplina oīa bella culparet. hoc poti⁹ ↄſiliū ſalutis petentib⁹ in euāgelio diceref Luc. 3°. vt abicerent arma ſeq̧ militie oīo ſubtraherent. Dictū aūt eſt ei ꝫ Neminē ↄcutiat. Eſtote ↄtēti ſtipēdiis vriſ quib⁹ ꝓpriū ſtipendiū ſufficere pcepit: militare vtiq̧ nō ꝑhibuit. ¶ Itē Ambro. i. li° de officiis. Fortitudo que bello tuef a barbaris patriā uel domi. defendit infirmos. uel a latronib⁹ ſocios plena iuſticia ē. ¶ Itē Aug⁹ Vincētio donatiſte. Si ſp eſſet culpabile pſecutionē facere. nō ſcriptū eſſet in ſcīs libris. detrahentē ſecreto ꝓxio ſuo hūc pſeq̄bar. ¶ Itē Aug⁹ ↄtra Pecilainū. Qui peccat nō peccat legis auctē: ſed ↄtra legis auctem Inde rogo te cui⁹ uox ſit in pſal. dicēris. detrahentē ſecreto proxio tuo ꝛc. Quere itaq̧ cām ⁊ modū pſecutionis. ⁊ noli generaliter pſecutionē rephēdere. Nō eni pſeqmur uos niſi queadmodū vitas pſequif falſitatē. ¶ Itē aug⁹ ad Bonifaciū comitē. c⁹ putāt i pſal. uocē eē vbi dr̄. pſeq̄r inimicos meos ⁊ ↄprehendā illos: ⁊ nō ↄuertar donec deficiāt. Ex his igif relinquif q̧ mali licite ſunt pſequēdi ⁊ ipugnandi. ¶ Coñ. Oē bellū fit uel propf iniuriā propulſandā a ſe. ul' a ſocio uel ꝑꝑ vindictā inferendā. Sed ꝓpulſatio ꝓprie iniurie prohibef Math. 5°. Si quis pcuſſit te i vnā maxillā ꝛc. ⁊ ꝓpulſa° iniurie ſocioꝝ ꝓhibef i Petro cū ei dictū eſt. Cōuerte gladiū tuū i uaginā. Math. 26°. Illatio vo vindicte prohibef. i. Pe. 3. Nō reddentes malū pro malo ꝛc. Cū ergo oīs cā belli ꝓhibita ſit: bellare illicitū erit. ¶ Itē beat⁹ Gregori⁹ Niſi bella iſta carnalia figurā belloꝝ ſpiritualiū gererēt: nūq̄ vt opinor iudaycaꝝ hyſtoriaꝝ libri diſcipulis xp̄i qui venit pacē docere ab apl'is docendi traditi fuiſſent. ¶ Itē idē Greg⁹. Quō diſcipulis xp̄i belloꝝ proficeret iſta dſcriptio. quib⁹ dr̄ a ihu. Pacem meā do uobis. pacē relinquo vobis. ioh. 14° ⁊ nō uos ipos vindicātes. Ro. 12 ſed magꝪ iniuriā ꝑcipite ⁊ fraudē patimini. i. Cor. 6°. ¶ Itē idē Greg⁹. Sciēs apl's nobis iā ultra bella nō eſſe carnalit ꝑagenda: ſed aīe certamina ↄtra ſpūales aduerſarios pceptū milicie dat militib⁹ xp̄i dicēs. Induite uos armaturā dei vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias dyaboli Eph. 6°. ¶ Itē Math. 26°. Oīs qui acceperit gladiū gladio pibit. Ex his igitur videf manifeſte probari: q̧ tp̄e grē oīno bellare ſit prohibitū. ¶ Itē q̧ oī tp̄e licitū ſit bellare ⁊ pſequi probaf. Nā ſicut dic̄ beatus Jero. ſup illud ad Gal. 4°. Is qui ſm carnem nat⁹ fuerat pſequebaf eū qui ſm ſpiritum Qui ſm carnē nat⁹ eſt pſequif ſpiritualē. nūq̄ vo ſpūalis carnalē pſequif. ¶ Itē de mēbris eccleſie dr̄ Math. 5°. Beati qui pſecutionē patiūf ꝑꝑ iuſticiā. Cū g° iuſtoꝝ ſit pſecutionē pati. nō facere. Relinquif q̧ pſequi malos erit illicitū. ¶ Itē pceptū innocentie eſt de lege nāli ↄtētū ſub illo pcepto. quod alio oderis tibi fieri: vi° ne aliqn alt'i facias. Tho. 4°. Cū ergo pſecutione ⁊ bello corpalr ⁊ tpalit noceaf: ↄtra pceptū innocētie erit bellare uel pſequi. ¶ R° Bellare iuſte ſm legem diuinam eſt licitū. Et etiā in pcepto regibus ⁊ pn̄cipibus terre ſm qđ dic̄ Aug⁹ ad Bonifaciū comitē ſup illū locū pſal. Et nūc reges intelligi. eru. qui iudi. ter. ſeruite

dño in timore.q̄uo g° reges ſuiũt in timo
re:niſi ea que corã deũ iuſſa ſunt religioſa
ſeueritate ꝓhibẽdo atq; plectẽdo.alr̃ eni ſer
uit q̄a hõ eſt:alr̃ quia rex e̾ga eni hõ eſt ſuit
viuẽdo fidelr̃.quia rex eſt ſm legẽ iuſticie
pugnãdo virilr̃.Iniuſte ṽo bellare illicitũ ẽ
⁊ ꝓhibitũ ſm qȝ oñdiť in Baruch.3°.vbi
diť de gigãtibus q ab ĩitio fuerũt ſtatura
magna ſciẽtes bellũ nõ hos elegit dñs.neq;
viã diſcipline inuenerũt ꝓpterea perierunt.
¶ Nõdũ aũt ad hoc ut diſcernas ꝙ bellũ
iuſtũ ſit uel iniuſtũ.auctem.affectum.inten
tõȝ.ↄditõȝ.meritũ.⁊ cãȝ. ¶ Affect⁹ ⁊ auctas
debẽt ↄſiderari ĩ pſona indicẽtis bellũ.Con
ditio ⁊ intentio in pſona pagentis bellum.
Meritũ in pſona ſuſtinentis bellũ. Cã in p
ſona ꝓ q̄ agiť bellũ. ¶ Dicẽd g°: ꝙ ad h ꝙ
ſit iuſtũ bellũ requiriť ꝙ pſona idicẽs bellũ
hẽat iuſtũ affcm̃ ⁊ auctem iuſtã. ¶ Juſtum
ãt affcm̃ ut dicit Aug⁹ ad bonifaciũ comitẽ
Eſto bellãdo pacific⁹ vt eos quos expugnaſ
ad pacis vtilitatẽ vincẽdo pducas. Beati.n.
pacifici q̄a filii dei uocabunť. Math.5°.
¶ Itẽ idem Aug⁹ ↄtra manicheos. Nocen
di cupiditas:vlciſcendi crudelitas:iplacabilſ
anim⁹:feritas rebellãdi:libido dominandi.
hec ſunt ⁊ ſi qua ſiſia:que in bellis iure cul-
panť. ¶ Iuſtã ṽo auctem hoc eſt ordinataȝ
ſm qȝ oñdit Aug⁹ ↄtra Manicheos. Deo
ſine aliq̃ alio lr̃imo impio iubẽte gerẽte ipa
bella ſuſcipiũť a bonis. cum in eo reꝝ hu-
manaꝝ ordine ineniũť:ut eos uel iubere ali
quid tale uel ĩ talib⁹ obedire iuſte ipe ordo
ↄſtringit ⁊ poſt ſubdit.Ordo ille nãlis mor
taliũ paci accomodat⁹ hoc poſcit vt ſuſcipi-
endi belli auctas atq; ↄſiliuȝ penes pncipes
ſit. ¶ Itẽ in pſona pagentis belluȝ:duo req-
runť:debita intentio.⁊ debita ↄditio.Debi
ta intẽtio ſm qȝ dicit Aug⁹ de verbis dñi
Militare nõ eſt delictuȝ.ſ militare ꝓpť pdã
pccm̃ eſt.nec rẽ publicã agere criminoſũ eſt
ſ vt diuitias augeas dãnabile ẽ. ¶ Itẽ de-
bita ↄditio vt nõ ſit pſona clericalis.Unde
canon Ioh.pape.23.q.8.Secularẽ militiã ex-
ercere:⁊ terrã defendẽ:de pliis tractare ⁊ d
armis terrene ptãtis eſt. ¶ Itẽ in codẽ diť
canon ↄcilii Melden.Quicũq; ex clero vidẽ
tur eſſe arma militaria nõ ſumãt:q̄a nõ piť
ſiť deo ⁊ ſeculo militare. ¶ Itẽ in pſona ↄť
quã agiť bellũ ↄſiderandũ eſt meritũ iuſtum
ut.ſ.iuſte meruerit ipugnari uel pſecutioneȝ
pati.Uñ Aug⁹ ad Bonifacium comitẽ.Eſt

pſecutio iniuſta quã faciũt impii eccle xpi
¶ Iſta nãq; beata eſt que pſecutõȝ patitur
ꝓpter iuſticiam. illi ṽo miſeri qui pſecutõȝ
patiunť ꝓpter ĩiuſticiã.ꝓinde iſta pſequiť
diligendo:illi ſeuiẽdo:iſta vt corrigat:illi vt
euertãt. ¶ Itẽ idẽ Aug⁹ ſup pſalm.duo iſta
noĩa cũ dicimus hõ peccator vtiq; nõ fru-
ſtra dicũť:q̄a peccator eſt corripe: q̄a hõ mi-
ſerẽ:nec oĩo liberabis hominẽ:niſi pſecutus
fueris peccatorẽ. ¶ Itẽ in pſona illi⁹ ꝓ quo
pugnať attendenda eſt iuſta cã:que eſt ſub-
leuatio bonoꝝ:cohertio maloꝝ:pax omniuȝ
Uñ Aug⁹ de diuerſis eccleſie obſeruatõib⁹
apud ṽos dei cultores etiã bella illa pacata
ſunt que nõ cupiditate aut crudelitate: ſed
pacis ſtudio gerũť ut mali coherceãť ⁊ bo
ni ſubleuẽť. ¶ Ad illud qȝ ſcdo obicit ꝙ
bella carnalia diſcipulis xpi tradũť legẽda
ſolũ ꝓpť bella ſpũalia que deſignãt dõm.ꝙ
diſcipulos xpi appellat nõ generalr̃ xpianoſ
ſed viros eccleſiaſticos quib⁹ interdicta ſũt
bella ⁊ arma.Uñ beat⁹ Ambro⁹ ↄtra Impa
toris edictũ diť. Aduerſus milites gothos
lacrime mee mea arma ſunt. Talia eni ſunt
munimẽta ſacerdotis:alr̃ nec debeo nec poſ
ſum reſiſtere. ¶ Ad tertiuȝ qȝ obr̃ ꝙ a ihũ
dr̃.pacẽ meã do uobis.dõm ꝙ belluȝ iuſtũ
non repugnat paci: ĩmo finẽ habet pacẽ. vñ
Aug⁹ ad Bonifac. Bellũ dȝ eſſe neceſſitatiſ
vt liberet de⁹ a neceſſitate ⁊ ↄſeruit in pa
ce.Nõ eni pax queriť vt belluȝ exerceať ſed
belluȝ geriť vt pax acquirať. ¶ Ad quartuȝ
qȝ dicit Greg⁹.ꝙ bella vlteriuſ nõ ſunt car-
naliť pagenda:intelligendũ eſt ſicut p̄us ab
eccleſiaſticis pſonis qui b⁹ in ueteri teſtõ li-
cebat pugnare:nõ lȝ aũt in nouo. ¶ Ad q̄ntũ
qȝ obicit qui accepit gladiũ gladio pibiť
Rñdet Aug⁹.2°.li°.ↄť Manicheos.Ille gla-
diũ accepit:qui nulla ſupiori:ac lr̃ima ptãte
uel iubẽte uel ↄcedente in ſanguinẽ alteriuſ
armať. ¶ Ad ſextũ qȝ dicit Iero.quia ſpũal
nunq̄ pſequiť carnalẽ.Rñdet Aug⁹ ⁊ pela-
gius papa:23.q.5.Nõ nos hoĩm uaniloq̄a re
tardent dicentiũ.quia pſecutionẽ eccleſie fa
ciat dũ uel ea que comittunť repmit. uel a-
nimaꝝ ſalutẽ requirit.Errãt h⁹ fabulatores
nõ pſequiť niſi qui ad malũ cogit.Qui uero
maluȝ factuȝ iã punit uel ꝓhibet ne fiat:nõ
pſequiť iſte ſed diligit. ¶ Ad ſeptimũ rñdȝ
Aug⁹ ad Bonifacium comitẽ. Si eccl̃ia ṽa
eſt ipa que pſecutionẽ patiť nõ que faĉ q̄raĉ
ab aplo quã eccl̃iaȝ ſigbat ſarra qñ pſecutõȝ

faciebat ancille. Gen̄. 21°. Liberā quippe ma
trē celeſtē Jrl'm. i. verā dei eccleſiā in illa mu
liere dicit eſſe figuratā. Gal. 4°. que affige-
bat ancillā. Si aūt meli⁹ diſcutiamus magi
illa ꝑſequebat Sarrā ſupbiēdo: q̄ȝ Sarra co
hercendo. illa dn̄e faciebat iniuriā. iſta ipo-
nebat ſupbe diſciplinā. ¶ Ad octauū ꝙ di
cit bellū eſſe ↄtra ꝑceptū inocentie iterimē
dū eſt. Un̄ Aug⁹ in lib° de ciui. dei. ꝑtinet ad
inocentis officiū: nō ſolū nemini malū ifer
re: ve℞ etiam cohibere a peccato uel punire
pecc̄m: vt delinquēs corrigat̄ exprimēto: aut
alii terreant̄. ¶ Ad primu d'o qd̄ obiciebat
ꝙ ois cā belli ꝓhibita eſt: ga ꝓhibita ē vin
dicta inferenda ⁊ iiuria ꝓpulſanda. iaȝ ex ſu
perioꝛib⁹ pȝ rn̄ſio. Nā vindicta inferenda n̄
eſt ꝓhibita niſi ꝑuate ꝑſone: ⁊ ex libidine vi
dicte. ſed iudici ꝑcipit̄ inferēda ex zelo iuſti
cie. Un̄ Aug⁹ ſup Joſ. 7°. dicit. Si ea q̄ de⁹
uehemēter offendit̄ inſequi uel vlciſci diſ-
ferimus. ad iraſcendū diuinitatꝫ ꝓuocam⁹
patientiā. Nōne Achoꝛ fili⁹ zare ꝑterijt mā-
datū dn̄i ⁊ ſup oēm ꝓplm iſrl ira eius incu
buit. ⁊ ille erat vnus hō. atqȝ vtinā ſolus pe
riiſſet in ſcelere ſuo. Sili mō iniuria ꝓpulſā
da in ꝑcepto eſt ei qui vtilit̄ pōt eā ꝓpellere
ab alio. Un̄ btūs Ambꝛo⁹. ꝑmo li° de offici.
Qui nō repellit a ſocio iniuriam ſi pōt. tam
eſt in vicio q̄ȝ ille qui facit. Un̄ ſcs Moyſes
Cū vidiſſet hebꝛeū ab egyptio excipientem
iniuriā Exo. 2°. defendit ita ut egyptiū ꝓ-
ſterneret. Salomon quoqȝ ait. Erue eū q̄ du
cit̄ ad moꝛtē. ſed illud vltimū dubitatoꝫ hēt
que determinabit̄ infra q̄ōe de illo ꝑcepto
euāgelii. dico uobis nō reſiſtere malo.

Cōſequenter queri

tur de circūſtantiis bellādi. ⁊ hoc quantuȝ
ad q̄tuoꝛ: q̄tum ad ꝑceptū bellādi: q̄tum ad
ꝑſonā bellātis: q̄tū ad tp̄s belli: q̄tuȝ ad mo
dū bellādi. Querit̄ vt℞ ſacrilegi regib⁹ indi-
centibus ⁊ iubētibus bellū teneat̄ ſubditi
milites obedire. ꝙ nō vr̄. nam non tenemur
obedire niſi ꝑtāti oꝛdinate a dō. Sȝ poteſtas
malignantiū nō eſt oꝛdinata a deo uel ſub
deo poſito ꝙ affectu cupiditatis bellū mo-
ueat. g° nō eſt ei obediendū. quia ſic dic̄ apl's
13°. Ro. Ois aīa ꝑtātib⁹ ſublimioꝛib⁹ ſbdita
ſit. Nō enī eſt ꝑtās niſi a deo: que aūt a deo
ſunt oꝛdinata ſūt. ¶ Jtē nō eſt obidienduȝ
īdicēti bellū niſi i bello iuſto. ſed nō ē bellū
iuſtū: ſic pȝ ex ꝑdictis: ubi ē affect⁹ iiuſtus.

Si g° ſit in ꝑncipe affect⁹ cupiditatꝫ uel affco
dn̄andi uel affect⁹ vlciſcendi nō erit ei parē
dū. ¶ Con̄. Ois aīa ꝑtātibus ſublimioꝛibus
ſbdita ſit. 13°. Ro. Qd̄ itelligit̄ nō ſolū de bo
nis ꝑncipib⁹ ſed etiā de malis. Un̄. i Pe. 2°.
Serui ſbditi eſtote in oī timoꝛe dn̄is nō ſo
lum bonis ⁊ modeſtis ſed etiā diſcolis.
¶ Jtē in eodē dicit Petrus ſubiecti eſtote
oī humane creature ꝓpter deū ſiue regi. q.
ꝑcellēti ſiue ducib⁹ taq̄ȝ ab eo miſſis. ſed nō
determinat̄ hic ꝙ ſit obediendū bono potius
q̄ȝ malo. ¶ Jtem ſacrilegi ꝑncipes ⁊ affectu
coꝛrupti ſunt miniſtri dei: vt eis cōpetat qd̄
dicit apl's Ro. 13°. Miniſtri dei ſunt in hoc
ip̄m ſuientes. Un̄ Jero⁹ ſup Johelē. Nō ſo-
luȝ hōies miniſtri di ſunt ⁊ vltoꝛes ire dei
his qui malū opant̄. Un̄ Ro. 13°. Nō ſine cā
gladiū poꝛtat. dei enī miſter eſt ſed ⁊ ↄtrie
foꝛtitudines. ¶ R° ſm Aug. ↄtra Manich.
Juſt⁹ ſi ſb rege hoīe ſacrilego militet recte
pōt illo iubēte bellare. ſi vice pacis oꝛd nem
ſuans: qd̄ ſibi iubet̄. uel nō eſſe ↄtra dei ꝑce
ptū certū eſt: uel ut℞ ſit certū nō eſt. ¶ Ad
illud g° qd̄ ꝑmo obicit. ꝙ ꝑtās ſacrilegi ꝑn-
cipis indicentis bellum ex cupiditate non
eſt oꝛdinata a deo uel ſub deo. d'ōm ꝙ ē oꝛ
do ꝑtātis q̄tum ad auctēȝ: ⁊ hoc mō oꝛdina
ta eſt: ⁊ quātum ad executionē: ⁊ hoc duplr̄
uel q̄tum ad effectū executionis. ⁊ ſ℞ modo
inoꝛdinata eſt. vel q̄tū ad effectū executōis
⁊ hoc mō oꝛdinata eſt dūmō iubet qd̄ lici-
tū ē ⁊ ↄtra dei ꝑceptū nō ē. Affectus auteȝ
ioꝛdinat⁹ executionis ꝑtātis nō tollit oꝛdi-
nē ꝑtātis q̄n ſit ei parendū. Un̄ Aug⁹ cōtra
Manicheū. Si humana cupiditate bellū ge
ritur ſupple a ꝑncipe nō nocet ſcīs. i. ſbditis
in quos nō hȝ quiſq̄ȝ ꝑtātem niſi deſup datā
nō. n. eſt ꝑtās niſi a deo ſiue ſinēte ſiue iubē
te. ¶ Ad ſcd̄m d'ō. ꝙ in ꝑdicto cāu bellum
iiuſtum eſt ex ꝑte imꝑantis. ſed iuſtū belluȝ
eſt ex ꝑte militis obedientis. Un̄ Aug⁹ ↄtra
manicheū i ꝑdicto cāu loquēs dic̄. Reū fac̄
regē iniquitas imꝑandi. Jnnocentē aut milit̄
tē oſtendit oꝛdo ſeruiendi.

Queritur poſtea de

ꝑſona bellantꝫ. vt℞ epi ⁊ eccleſiaſtice perſōe
poſſint arma mouere. Nā canon Nico. pape
Pꝛohibȝ ep̄os ſcl'ari milicia occupāi: nec ↄt
piratas ꝑmittit eos accedē ad pugnā. 23. q. 8
¶ Jtē vl'r clericos ↄciliū toletanū ⁊ ↄciliuȝ
meldenſe ꝓhibent arma ſumere. ¶ Con̄. ſic

dr̄ in eadē cā.q.8.btūs Gregoriꝰ ciuibꝰ Tu-
ſcie vt contra Longobardos arma para-
rent mādauit:⁊ militantibꝰ ſtipendia decre
uit. ¶ Itē Leo papa aduerſus ſaracenos vr
bē egredit̄ ut eos ꝓcul a littoꝛe arceat ⁊ po
pulū armatū ꝯgregat. ¶ Ad hoc diſtiguit
Gratiaꝰ ꝙ ſunt quidā epi leuitica ſolū por-
tione ꝯtenti.qui ꝑnt dicere.dn̄s ps hēditatꝭ
mee.his enī nihil eſt cōe cū pn̄cipibꝰ ſeculi
talibꝰ nulla actio relinquit̄ militie ſecularis
qa de decimis ⁊ ꝓmitiis viuētes in omī re
gno a terrenis exactionibꝰ liberi ſunt.ita vt
dicere valeāt.uenit ꝓnceps mūdi hꝰ: ⁊ ī me
nō hꝫ quicq̄ꝫ. Jo.14º. ¶ Alii ſunt qui nō ſūt
ꝯtenti decimis ⁊ ꝓmiciis.ꝑdia villas ⁊ ca-
ſtella ⁊ ciuitates poſſident ex qbus debent
tributa ⁊ obſequiū militare.quibꝰ a dn̄o dr̄
Math.22º. Reddite q̄ ſunt Ceſaris ceſari
⁊ q̄ ſunt dei deo.quibus aplus dic̄ Ro.13º.
Reddite oībus debita.cui tributū:tributū
cui uectigal:uectigal. ¶ Sed cōn̄ eſt expſſe
qd̄ dr̄ Petro Math.26º.Cōuerte gladium
tuū in uaginā.oīs qui gladiū accepit gladio
ꝑibit.ac ſi apte diceret. Hactenꝰ tibi tuiſqꝫ
ꝑceſſoribꝰ īimicos dei corꝑali gladio licuit
ꝑſequi.deinceps in exemplū patiētie.gladiū
in uaginā ꝯuerte.Ex quo relinquit̄ ꝙ nulli
epo lꝫ materialē gladiū ſeu arma ſumē ad
bellandū. ¶ Item dic̄ btūs Ambroſiꝰ.ꝙ ar
ma epoꝝ ſūt lacrime ⁊ oꝛōnes. ¶ Preterea
dd̄.ſm̄ diſtinctionē btī Bernardi ad Eu-
geniū. Q eſt mouere arma:ſiue accipe mālē
gladiū manu.iuſſu.nutu.manu a milite.iuſ-
ſu a ꝓncipe.nutu ab epo ſeu ſacerdote.hoc
eſt qd̄ dic̄ Bern.ad Euge.Qui materialem
gladiū tuū negat.nō ſatis mihi vr̄ attendē
uerbū dn̄i dicētis.Cōuerte gladiū tuū in ua
ginā.tuus gº ⁊ ipē tuo forſitan nutu:⁊ ſi n̄
manu euaginandꝰ.Un̄ dicentibꝰ aplis.Ecce
duo gladii. Rn̄dit dn̄s ſatis eſt. Luc.22º;
vterqꝫ ergo gladius eccleſie eſt mālis ⁊ ſpi-
ritualis.ſed is quidem ꝓ eccleſia. ille xo ab
eccl̄ia exercendꝰ.ille ſacerdotis.hic militꝭ ma
nu.Sꝫ ſane ad nutum ſacerdotis:⁊ iuſſum
Imperatoris.

Queritur poſtea an

oī tpe poſſit bellū agi.Et vr̄ ꝙ diebꝰ ſolen-
nibꝰ ⁊ feſtiuis illicitū ſit bellare.proptē prece
ptū ſabbati.de quo dr̄.Oē opus ſeruile nō
facietis in eo.Etiā.5º.Deut.Nō facies in eo
quicq̄ꝫ opis.ergo cū bellare ſit opus ſeruile
diebus feſtiuis nō erit licitū. ¶ Itē cū repꝛe-
hendit Yſa.58º.Q in diebꝰ ieiunii repetunt̄
debita ⁊ comittūt̄ lites.dicēs in diebus ie
iuniis oēs debitores ueſtros repetitis. ecce
ad lites ⁊ ꝯtentiones ieiunatis ⁊ ꝑcutitis
pugno ipie.Ex quo vr̄ ꝙ nō ſit licitū in die
bus ieiunioꝝ.vt q̄drageſimali tpe litigare
uel pugnare. ¶ Cōn̄.1.Machab.2. Poſtqꝫ in
terfecti ſunt illi viri qui hēbant ꝯſciam pu-
gnandi in diebꝰ ſabbatoꝝ.ſalubriori cōſilio
cogitauerūt qui remāſerāt dicētes. Si oēs
fecerimꝰ ſic frēs noſtri ⁊ n̄ pugnauerimꝰ pro
aīabus noſtris ⁊ iuſtificationibꝰ diſperdēt
nos de terra ⁊ cogitauerūt dicētes.Oīs hō
quicūqꝫ uenerit ad nos in bello in die ſab-
batoꝝ pugnemus aduerſus eū. ¶ Itē ipſe
dn̄s mōſtrat ꝙ neceſſitas facit licitū quod
alias nō eſſet licitū:⁊ ſine pccō ſoluit̄ ſabb.
in cāu neceſſitatis.Math.12º.Nōne legiſtis
quid fecit Dauid qn̄ eſuriit ⁊ panes ꝓpoīs
comedit.quos nō licebat eos comedē ⁊ ſb-
dit quis ex nobis homo hn̄s ouē ⁊ cecide-
rit ſabbato in foueā:nōne leuabit eā. quāto
magis melioꝛ eſt hō oue:itaqꝫ lꝫ ſabbatis be
nefacere. ¶ Rº diebus qui deputati ſūt ua
cationi diuine ſine neceſſitate urgente illici
tū eſt pugnare.neceſſitate xo cogente fit li
citum.⁊ hoc eſt qd̄ dic̄ canon Nicolai pape.
ad cōſulta.bulgaroꝝ.23.q.8. Si nulla vrget
neceſſitas:nō ſolū quadrageſimali tpe:ſ etiā
oī tpe eſt a ꝓliis abſtinendū.ſi aūt ineuitabil̄
vrget iportunitas:nec q̄drageſimali tpe pro
defenſione tā ſua ꝙ patrie ſeu legū paterna
rū belloꝝ eſt ꝓcul dubio ꝑpationi parcendū
ne videlꝫ deū tēptare videat̄ hō ſi hꝫ qd faci
at ⁊ ſue ac illoꝝ ſaluti ꝯſulere nō ꝓcurat ⁊
ſcē religionis detrimētū nō ꝑuacet.

Ultimo queritur de mō

pugnādi vtꝝ requirat̄ in bello iuſto exclu-
ſio fraudis.qd̄ vr̄ ꝑ illā legē Deut.16.Iuſte
qd̄ iuſtū ē exeq̄ris.gº iuſtū bellū ꝑagenduꝫ
eſt iuſte gº ⁊ ſine fraude. ¶ Itē dicit Augꝰ
ad Bonifa.ꝙ fides hoſti ſuanda eſt.ꝯͣ quē
bellū gerit̄:ſed fidelitas excludit fraudeꝫ.
¶ Cōn̄.Augꝰ ſuꝑ Joſue.8º. Dn̄s deꝰ noſter
iubet ad Ihm̄ nunc vt ꝯſtituat ſibi retroꝛſū
inſidias.i.inſidiantes bellatores ad inſidian
dū hoſtibꝰ.hinc admonemur hoc nō iniuſte
fieri ab his qui iuſtū bellū gerūt.Qd̄ ꝯcedē
dū eſt. ¶ Ad ꝓmū gº qd̄ obic̄ dd̄.ꝙ in iuſto
bello pugnare fraude hoc eſt ꝑ inſidias non

eſt pugnare iniuſte ſed pugnare fraude.hoc eſt aĩo frauduleto.i.amore iniqtatis ē iniuſte pugnare.Et hoc eſt qd̕ dicit Aug⁹ in q̄ſtionib⁹ ſup Joſ.8°. Juſt⁹ cui bellare fas eſt cū iuſtū bellū ſuſcepit. vtꝝ apte pugnet: an ex inſidiis nihil ad iuſticiā intereſt.Juſta āt bella diffiniri ſolēt:que vlciſcūꝰ iiurias. ſed ſine dubio iuſtū bellū eſt qd̕ de⁹ impat:qui nouit quid cuiq; fieri dēat in quo bello ductor exercit⁹ uel ipe ppl's nō tā auctor belli q̄ miniſter iudicand⁹ eſt. ¶ Ad ſcd̕m vero dō.ꝙ fides hoſti ſuanda eſt qn̄ ꝓmittitur ⁊ hoc eſt qd̕ dicit Aug⁹.Unde ōis fraus ɔt̄ promiſſionem factam hoſti illicita eſt.

Cõſequenter eſt in

quirere de exercitio belloꝝ in tyrociniis:vtꝝ ſit licitū.qd̕ vr̕.Nā bellicū exercitiū de ordine dei relictū eſt ⁊ ɔceſſum filiis iſrael Judicū.3°. De ſunt gentes q̄s dn̄s dereliqt vt erudiret in eis iſraelē.⁊ oēs qui nō nouerāt bella chananeoꝝ ⁊ poſtea diſcerent filii Jſrl' certare cū hoſtib⁹ ⁊ hr̄e ɔſuetudinem p̄liādi.g° illis quib⁹ fas eſt bellare ut militib⁹.bellicū exercitiū licitū erit. ¶ Jtē ſi aliq̄s actus bonus eſt ⁊ licit⁹.Eruditio ⁊ exercitiū ad faciendū illū actū licita erit.Si g° bellare ꝓ fide uel pace ſuanda licitū eſt: diſciplina belli ad eundē finē ordinata licita erit.Si g° miles aliq̄s hac intentione uadat ad tyrociniū:vt adiſcat artē ⁊ induſtriā bellicā ad pugnandū pro fide uel pace cū neceſſe fuerit n̄ peccabit. ¶ Con̄.Oſtentatio viriū peccatū eſt.Sʒ exercitiū tyrocinioꝝ fit ad oſtētatioʒ viriū.ergo illicitū ⁊ peccatū eſt. ¶ Jteʒ lex tyrocinioꝝ eſt illa quaʒ mali hn̄t.i.Sap̄.Sit fortitudo noſtra lex iuſticie ut fortior ſpoliet debiliorē.ſed hoc iniuſtū eſt. ¶ Jtē exercentes tyrocinia excōicanꝰ ab eccleſia.Sʒ eccleſia nō infert talē penā:niſi pro pccō mortali.ergo peccatū mortale eſt. ¶ R̄° ſm q̄ſdaʒ Cuʒ tale exercitiū fit ad oſtentatioʒ ⁊ diſcrimē vite exercitantiū uergens ſimplr̄ illicitū eſt:⁊ quicq̄d ex tali exercitio ſequiꝰ vt vulneratio uel interfectio ſunt taliꝰ ſe exercitātibus īputanda.⁊ qd̕ ɔceſſuʒ eſt filiis Jſrael nō ɔcediꝰ eis niſi urgente neceſſitate.nec ɔt̄ ſe inuicē:ſed ɔtra illos quos debebāt expugnare.ſ.cananeos. ¶ Ad illud x̄o qd̕ obiciꝰ diceret ꝙ adiſcere artē bellicā illicito mō:⁊ cū diſcrimine ſalutis:ex quacūq; intentione illicitū eſt.cum debito x̄o mō:⁊ ſine piculo ſalutis licitū erit.ſed h̄ nō eſt in tyrociniis. ¶ Aliis x̄o vr̕ diſtinguendū ꝙ exercitium tyrocinioꝝ pōt fieri cū moderamie ɔflictus qui ad inuicē eſt abſq; diſcrimie ſalutis: ſi adhibeꝰ diligentia debita cautele ⁊ in p̄patione:⁊ in executione:⁊ tūc diſtinguēdū:quia aut tale exercitiū fit ad oſtentatoʒ roboris ⁊ potētie:ſeu vane glorie: uel queſtū auaritie ⁊ tūc ſimplr̄ illicitū eſt.uel fit ꝓpter experientiā ꝓprie fortitudinis ⁊ vſus armoꝝ ⁊ bellice iduſtrie vt habebaꝰ ydoneitas bellandi ꝓ fide ⁊ pace eccleſie.⁊ hoc mō tale exercitiuʒ licituʒ eſt. Si x̄o tale exercitiū agereꝰ ſine p̄dicto moderamine ⁊ diligētia cautele illicitū eſt.quia hoc eſt diſcrimini ſe cōmittere ¶ Ad illud x̄o qd̕ obicit de lege tyrociniorū dici pōt:ꝙ ſi acquiſitio ſpolioꝝ fit ex cupiditate uel auaritia manifeſte eſt iniuſta. ſʒ ſi fit nō ex auaritia.ſed ex ipa ɔuētione p̄poſita:ut ille qui capiꝰ amittat ſpolia:cuʒ ex tali ɔuentione oēs iudicenꝰ ad paria nō eſt iuſta:nec ſm illā legē iiquoꝝ quib⁹ fortitudo eſt lex iuſticie. ¶ Ad illud x̄o qd̕ obicit: ꝙ eccl'ia excōicat tales.dō.eſt ꝙ falſū eſt excepti s tpibus famis ⁊ neceſſitatib⁹ eccleſie.cū ſ.neceſſe hʒ pugnare ɔt̄ hēticos uł paganos his tpibus excōicanꝰ quia nocēt ſaluti publice uel impediūt cōe bonuʒ eccleſie:negaꝰ tn̄ morientib⁹ in tyronicis ab eccleſia ſepultura ad terrorē tyronātiū:ne.ſ.ſic vires experianꝰ ut aliquis incurrat mortem uel morti periculum.

Q Uerēduʒ eſt cō

ſequēꝰ de legibus occiſionis ⁊ q̄uis ſup̄ diſputatuʒ ſit.An occiſio hōis ſit licita:⁊ quis ſit occidend⁹.⁊ cui licituʒ ſit occidere.Et hoc inq̄ſitione de illo p̄cepto decalogi.tn̄ ad maioris legis x̄itatē inquirenda ſūt tria. ¶ Pr̄o an pena mortis ſit homini inferenda. ¶ 2° de generib⁹ mortis ſʒ legē inferendis. ¶ Tertio de cāis mortis ſm iudicium legis.

Quod mors maleſi

cis ſit inferenda ſic dicꝰ lex Exo.22°.Maleficos nō patieris viuere multiplr̄ ꝓbaꝰ.Pr̄o ſic.Si n.de iuſticia leuiores pene inferende ſunt alicui ꝓ culpa aliqua.cum ipe p eas nō dū corrigaꝰ ſʒ addat p̄terite culpe ɔtumaciā manifeſtuʒ eſt cuʒ ɔtumacia ſit graue pccm̄ ꝙ merito ɔtumacie debʒ creſcere pena.aut

ↄtumacia remanere ĩpunita: nõ põt aũt de
iure ↄtumacia remanere ĩpunita. q̃a igiꝛ cre
ſcere põt q̃tũlibet ↄtumacia: creſcẽ põt de
iure quãtũlibet ⁊ pena. Quare neceſſe eſt vt
ipa uel ſit mors corpalis uel equalis illi. cũ
mors corpal' nõ ſit pena ĩfinita. ¶ Per hãc
aũt viã a leuibus flagellis venieꝛ ad grauia
⁊ a grauib⁹ ad vulnera. ab illis ad tormenta
a tormẽtis ad ipam mortẽ ꝑ filia ↄtumacie
cremẽta. ¶ Itẽ cũ ꝓportionales ſint culpe ⁊
pene illis debite. Si g° alicui culpe debeaꝛ
flagellatio: maiori culpe duplo maior flagel
latio: ⁊ decuple decuplo maior: ⁊ cẽtuple cẽ-
tuplo maior: ⁊ tãta põt eſſe flagellatio q̄ in
ducet mortẽ. Sequiꝛ ergo de neceſſitate q̄
mors corpalis ꝓ aliq̃ culpa poſſit infligi. ¶
Itẽ ſi alicui culpe debeꝛ mutilatio: q̃d etiã
nec̃ eſt. ſic̃ dicit lex Deu. 25. De muliere que
apprehendit verenda viri: q̄ abſcindaꝛ ma⁹
cius. Et lex talionis. Deut. 19°. Oculũ ꝓ ocu
lo: manũ pro manu. Arguiꝛ ſic. Certa eſt cõ
paratio mortis totius corpis ad oculũ ⁊ ad
q̃lĩbet mẽbꝝ. Siĺr certa eſt cõpatio mortis
totius corpis ad mortẽ oculi. Ponam⁹ igiꝛ
ꝓ aliqua culpa debeaꝛ eruitio ſeu mors o-
culi. Si g° mors oculi uel eruitio ꝓ tanta cul
pa debeaꝛ. Ergo ꝓ culpa duplo maiori debeꝛ
eruitio duoꝝ oculoꝝ. Et preꝛ hoc mutilatõ
alicui⁹ mẽbri uel aliquoꝝ mẽbroꝝ equiualẽ
tiũ duob⁹ ocul. ⁊ ita ꝑ augmẽtũ culpe de ne
ceſſitate iuſticie pueniꝛ ad aliquã culpã ita
magnã ꝓ qua debeaꝛ oĩm mẽbroꝝ mutilatio
⁊ mors. ¶ Itẽ eſto q̄ aliq̃s occiderit hõiẽ
iniuſte. aut iuſte eſt puniendus pena mortis
aut pena minori. Si pena mortis: nõ ſolum
igiꝛ licitũ: ſed etiã iuſtũ eſt occidẽ occiſorẽ
Si pena minori g° uel finito minori uel infi
nito. ſed ĩfinito minori nulli⁹ g° ↄpationis
eſt id q̃d ĩtulit ad id q̃d patiꝛ. Eſt igiꝛ iſta
iuſticia quẽadmod̃ ſi quis dãnificaſſet aliũ
in millib⁹ marcaꝝ. ⁊ puniretꝛ in amiſſione v-
nius feſtuce: q̃d ridiculũ eſt: Si v̾o finito mi
nori. minori igiꝛ redimit maius. ⁊ idẽ ẽ ac ſi
dãnificaſſet ꝓximũ in viginti marchis ⁊
ipſe abſolueretꝛ pro vna: q̃d iniuſtiſſimum eſt
¶ Itẽ cũ mors eterna infligenda ſit ꝓ aliq̃
culpa ſicut dꝛ in Apoc. 20. Iudicatũ eſt de
ſingulis ſm opa ipoꝝ: ⁊ infern⁹ ⁊ mors miſſi
ſunt in ſtagnum ignis. hec eſt mors ſcd̃a.
Ergo multo fortius mors tpalis. ¶ Item
mors corpalis: aut eſt pena maior omĩ culpa
aut nõ. Si maior oĩ culpa. ergo iniuſt⁹ ẽ de⁹

qui eã inflixit ꝓ ↄmeſtione fruct⁹ ligni ſcĩe
boni ⁊ mali. Iniuſt⁹ eſt xp̃us qui eã inferret
antixp̃o. ſic̃ dꝛ. 2. The. 2°. Que dñs Ih̃s in-
terficiet ſpũ oris ſui. Si v̾o nõ eſt maior omĩ
culpa ĩferenda: eſt g° ꝓ aliqua culpa. ¶ Itẽ
Aug⁹ in ſmone dñi in mõte. Helyas m̃ltos
morte affecit ꝓpria manu. ⁊ igne diuinitus
ĩpetrato q̃d ↄſtat ſpũ ſcõ repletũ. ſic̃ dicꝛ Luc.
1. Ipſe pcedit ante illũ in ſpũ ⁊ v̾tute helye.
dꝛ de Iohe baptiſta ⁊ alii multi magni ⁊
diuini eodẽ ſpũ ↄſulẽdo rebus hũanis non
temere id fecerũt. ¶ Itẽ idẽ in eodẽ verbis
apli Petri. Ananias ⁊ uxor ei⁹ ſicut in acti
bus aploꝝ legimus exanimes ceciderũt.
¶ Cõn obiciũt puerſi heretici illud Math.
5°. Ego dico uobis nõ reſiſtere malo. ſed illd̃
intelligiꝛ de ĩiuria pſonali vindicãda libi-
dine vidicte. nõ de iniuria dei uel eccl̃ie vin-
dicanda zelo iuſticie. de qua dꝛ Ro. 13. Ubi
loquiꝛ de p̃ncipe terreno. Nõ ſine cã gladiũ
portat. dei enĩ miniſter ẽ vĩdex in irã ei qui
malũ facit. ¶ Itẽ obiciũt illd̃ Math. 13°. q̃d
dꝛ de zizãniis nõ eradicãdis p̄ ꝓhibitionẽ
ſaluatoris: qui p̃cipit vt ſinanꝛ creſcere ziza-
nia vſq; ad meſſem ne ſiĺ eradiceꝛ ⁊ triticũ
¶ Ad q̃d ridẽd̃ q̄ manifeſtũ ẽ illud nõ p̃ce
piſſe ſaluatorẽ: niſi ſolũ vt tritico parceretꝛ
nõ. n. voluit pci zizaniis ſed tritico ſolũ quia
noluit parci zinzaniis in tritici detrimẽtum
Ubi g° creſcũt zizania in detrimẽtũ ⁊ ſuffo
cationẽ tritici nullaten⁹ uoluit eis pci. Cum
g° impii in ſubuerſionẽ ppl̃i dei creſcũt nul
latenus creſcere ſinẽdi ſunt. ſed ꝑ mortẽ cor
poralẽ eradicãdi. ¶ Preterea nõ ſimpl'r pro
hibuit zizanioꝝ eradicationẽ: hoc eſt impio
rũ pditionẽ. ſed eradicationẽ generalẽ dubiã
⁊ ſuſpectã ne. ſ. de ãbiguo iudicemus. ſicut
enĩ int̃ loliũ ⁊ triticũ nõ diſcerniꝛ q̃diu eſt
in herba. ita ⁊ de errore alic⁹: dũ de eo du-
biũ eſt nõ eſt temere iudicandũ. ſed qñ pue-
niꝛ ad meſſem ut certiſſime poſſit diſcerni
int̃ triticũ ⁊ loleũ. tũc faciendũ eſt q̃d dicit
angelis. Colligite p̃mũ zizania ad ↄburendũ
¶ Itẽ obiciũt qui occidũt: aut occidũt ma-
los: aut bonos. Si bonos faciũt ↄtra illud p̄-
ceptũ. Exo. 23°. Innocentẽ ⁊ iuſtũ nõ occi-
des. Si occidũt malos ſunt eis cã dãnatio-
nis eterne: quia ſubtrahũt eis tpus pnĩe q̃d
ↄcedit eis benignitas dei ſic̃ dicit Apls. 2.
Ro. An ignoras q̃m benignitas dei ad pe-
nitẽtiã te adducit. ⁊ .xi°. Sap. Miſereris oĩu
quia oĩa potes. ⁊ diſſimulas peccata hoĩum

ꝑpter pniam. ¶ Ad qḋ rn̄det beatus Aug⁹
in ſmone dn̄i in mōte. Magni ⁊ ſcī viri q
optime ſciebat mortē iſtā que aīaꝫ diſſoluit
a corꝑe formidandā nō eſſe ſm eoꝝ animuꝫ
q̄ illā timerēt. nō nulla peccā morte punierūt
quo ⁊ viuētibus timor vtilis icuteret ⁊ ill'
qui puniebaṫ nō ipa mors noceret. ſed peccm̄
qḋ augeri poſſꝫ ſi viuēt diminueṫ: nec temē
illi quib⁹ de⁹ donauerat tale iudiciū iudica
bant. Quia ſicut dic̄ Aug⁹ in pmo de ci. dei
Nō ipe occidit qui miniſteriū dēt iubenti
ſicut adminiculu gladius vtenti: idō nequaq̄
ɔtra pceptū: quo dictū eſt nō occides fece-
rūt. qui pſonā gerentes publice ptātis ſꝫ le-
gē dei. hoc eſt iuſtiſſime rōnis imperio ſcele-
ratos morte punierūt. De hac mā ſatis inue
nies diſputatū ſup̄ i q̄ſtiōe de illo pcepto
non occides.

Poſtea inquiritur de generib⁹ occiſionis. Quatuor aūt genera
occiſionis determinaṫ in lege. lapidatio. ſu
ſpenſio. crematio. gladiatio. De lapidatione
Exo. 19°. ⁊ Leuiti. 24°. ⁊ Nume. 15°. ⁊ Deuti.
22°. De crematione. Leuit. 21°. De ſuſpenſi-
one in ligno. ſ. crucis. Deuti. 21°. De gladiati
one Deu. 20. Querit igiṫ q̄re lex iſta q̄tuor
genera mortis elegit ⁊ nō alia. ¶ Item vr̄
lex miſericordius punire q̄ꝫ in noua lege ma
lefici puniant. Nā Deut. 21°. dr̄. Qn̄ peccaue
rit hō q̄ꝫ morte plectend⁹ eſt: ⁊ adiudicatus
morti appenſus fuit in patibulo nō pmane-
bit cadauer eius in ligno ſed eadē die ſepeli
eṫ. Nō ṫo a iudice ſeculari ſm approbatiōeꝫ
eccleſie ſeu nō reprobationē pcipiṫ dānatus
diu in patibulo remanere. Ex quo vr̄ lex mi-
tius punire. ¶ Rn̄° q̄tuor ſunt ɔditiones pe
ne que potiſſime ſunt cāe inductiue timoris.
Diuturnitas pene. Acerbitas pene. Igno-
mīa pene. Irremediabilitas pene. ¶ Quia g°
in pena: quidā maxie timēt diuturnitatem
idō lex vt timore a peccato ceſſarent inſtituit
lapidationē. Vn̄ Leuiti. 24°. Qui blaſfema-
uerit nomē dn̄i morte moriaṫ: lapidibus ob
ruet euꝫ ppl'i multitudo. Diuturnū eni gen⁹
martirii lapidatio eſt. ¶ Itē quia in pena ti-
ment alii acerbitatē. idō ipa lex inſtituit cre
mationē. Leuiti. 21°. Sacerdotis filia ſi dep-
henſa fuerit in ſtupro flāmis exureṫ. Crema-
tio aūt eſt genus martirii accerbiſſimum.
¶ Itē quia ſunt alii qui timēt in penā igno
miniā ſeu vilitatē. idō excogitauit lex ſuſpen

ſionē i patibulo ſeu cruci affixiōꝫ qḋ ē igno
minioſiſſimū mortꝫ ge⁹. ſm qḋ dic̄ lex Deut.
21°. Maledict⁹ a deo eſt qui pendit in ligno
¶ Itē quia ſunt alii qui timēt in pena irre-
mediabilitatē. idō inſtituit lex gladiationē: ex
qua ɔſequiṫ paſſio irremediablis de qua dr̄
Deuti. 20. Loquēs de captione ciuitatis re-
bellantiū. Percuties in ea oē qḋ eſt generis
maſculini in ore gladii. Sic facies cūctis ci-
uitatibus que a te pcul ſunt ⁊ ſubdit. de his
aūt ciuitatib⁹ q̄ dabunṫ tibi nullū oīno p-
mittes viuere. Et p hoc pꝫ riſio ad pmum.
¶ Ad illud ṫo qḋ obicit de lege ſuſpēſio-
onis que obſeruaṫ diſtricti⁹ nūc q̄ꝫ tpe legis
dō. q̄ꝫ hoc facit multitudo delinquētiū: ⁊ p
nitas ɔſuetudinis maior. cōnē quā ſm diuer
ſitates tpoꝝ neceſſaria eſt diſtrictior ſeueri-
tas iudicioꝝ. ¶ Aṫn̄ genus paſſionis pati-
buli multo grauior erat tpe legis. erat eni p
diſtractionē mēbroꝝ ⁊ diſtenſionē neruoꝝ
in quibus maxia paſſio doloris ineſt. ⁊ cuꝫ
maiori paſſionis diuturnitate.

Poſtea queritur de cāis occiſionis. Sciendū igiṫ q̄ꝫ lex puniebat
morte: verba: ⁊ facta. Verba tripl'r. blaſfemie
ɔtumelie calūnie. Blaſfemie in deū. 4°. Leu.
Qui blaſfemauerit nomē dn̄i morte morieṫ
¶ Cōtumelie in maledictione pentū. Exo.
22°. Qui maledixerit prī ſuo uel matri mor
te moriaṫ. ¶ Calūnie in mēdaci accuſatione
reatus mortiferi in ꝓximū. Deuti. 21°. Cū in-
uenerint iudices falſū teſtē dixiſſe ɔt frēm
ſuū mēdaciuꝫ. reddēt ei ſic̄ frī ſuo facē cogi-
tauit: ⁊ ſubdiṫ. nō miſereberis ei⁹. ſed aīam
p aīa oculū p oculo ⁊c. exiges. ¶ Itē facta
punit multipl'r morte. punit eni ſcelera du-
plicia que ɔmittūṫ in deū: ⁊ que ɔmittunṫ i
ꝓximū. ¶ Itē ſcelera que ɔmittunṫ in deuꝫ
duob⁹ modis: que cōmittūṫ p errorē: ⁊ p io
bedientiā. ¶ Per erroreꝫ ydolatriā in cultu
diuine maieſtatꝭ. Exo. 22°. Qui īmolat diis
preṫ dn̄o ſoli occideṫ. ¶ Pſeudo pphām in
ɔtumeliā diuine ṽitatis. Deuti. 18°. Propha
qui arrogantia deprauat⁹ uoluerit loqui in
noīe meo: que ego nō pcepi illi. aut ex nomie
alienoꝝ deoꝝ iterficereṫ. Et. 20°. Leui. Vir
ſeu mulier in quib⁹ phytonic⁹ ſeu diuinatio
nis ſpūs fuerit morte moriāṫ. ¶ Maleficia
vt in opibus nigromātie que ſunt in cōtu-
meliā diuine bonitatis. 22°. Exo. Maleficos
nō patieris viuere. ¶ Itē que cōmittuntur

ꝑ inobedientiā ut ꝑuaricationē ſabbati.nu
me.15°.De hoīe colligente ligna die ſabbati
dixit dn̄s ad Moyſē Morte moriat̄ hō iſte
lapidibus obruat cū oīs turba.¶ Itē ſcel⁹
qḋ punit̄ morte ⁊ cōmittit̄ in ꝑrimū duo
bus mōis cōtingit:uel ꝑ inordinationē ira-
ſcibilis:uel ꝑ inordinationē ɔcupiſcibil̄.Per
inordinationē iraſcibilis ɔmittit̄ ɔtumacia
in ɔtemptū ſupioris.ꝑcuſſio: ⁊ interſectio
ex motu ire ⁊ ꝑturbatiōis.Punit̄ igit̄ ɔtu
macia morte dupl̄r. uel que eſt inobediētia
reſpcū parentū.21°.Deu.Si genuerit homo
filiū ɔtumacē ⁊ ꝑteruū:qui nō audiat p̄ris
ac matris impiū.⁊ coherci⁹ obedire ɔtem
pſerit apprehendent eū:⁊ ſubdit̄.Lapidibus
obruet eū ppl̄s ⁊ moriet̄.Uel q̄ ē iobediētia
reſpcū p̄latoꝝ.Deut.17°.Quis ſuꝑbierit no-
lēs obedire ſacerdotis impio: ⁊ decreto iu
dicis moriet̄.¶ Itē ꝑcuſſio circa mortē pu
niebat̄ morte dupl̄r.Uno° ꝑpter magnitu-
dinē reat⁹ ex p̄te ꝑcuſſi.vt ſi ꝑcuterent̄ parē
tes.Exo.21°.Qui ꝑcuſſerit patrē ſuū:aut ma
trē morte moriat̄.Alio° ꝑpter magnitudinē
reat⁹ ex p̄te ꝑcutientis.quia ꝑcutit cū uolun
tate occidendi.Exo.21°.Qui ꝑcuſſerit hoīeꝫ
uolēs occidere eū morte moriat̄.¶ Itē occi
ſio puniebat̄ morte: cū ꝑ induſtriā quis oc-
cidebat.Exo.21°.Si quis ꝑ induſtriā occidͦ
rit ꝑrimū ab altari meo euelles eū:vt mori
at̄.¶ Itē ſcelera ɔmiſſa ꝑ inordinationem
ɔcupiſcibilis puniebant̄ dupl̄r.Nā quedaꝫ
ɔmittebant̄ ꝑ inordinationē ɔcupiſcētie o-
culoꝝ.queda ꝑ iordinationē ɔcupiſc̄ carnis
Per inordinatōeꝫ ɔcupiſc̄ oculoꝝ puniebat̄
furtū hoīs.Exo.21°.Qui furat⁹ fuerit ho-
minē ⁊ uēdiderit ɔuict⁹ noxe morte moria
tur.¶ Itē ꝑ inordinationē ɔcupiſc̄ carnis pu
niebāt̄ ſcelera multipl̄r.Fornicatio ɔmēſtru-
ata.Leuit.20.Qui coierit cū muliere in flu-
xu mēſtruo interficient̄ ābo.¶ Adulteriuꝫ
20.Leui.Si mechat⁹ quis fuerit cū vxore al
teri⁹.moriat̄ mech⁹ ⁊ adultera.¶ Itē deut.
22°.Stupꝝ virginis que fornicata eſt in dō
patris.22°.deu.Si nō ē in puella inuēta ꝟ-
ginitas:lapidib⁹ obruēt eā ⁊ moriet̄ qm̄ ne
ꝑhas fecit in Iſrl̄ vt fornicaret̄ in dō patris
¶ Sili mō ⁊ de puella deſponſata que de-
florata eſt in ciuitate ⁊ n̄ declamauit.ſic dr̄
ibidē Deu.22.¶ Sili mō de ꝟgine filia ſa
cerdotis ſi deꝑhenſa fuerit in ſtupro ɔburi
tur.Leui.21°.¶ Itē inceſt⁹ multiplex uel cū
nouerca ſua.hoc eſt vxore patris: vel cū ſo-
rore:uel cū matre uxoris:uel cū uxore patrui
uel auūculi.uel cū matertera: uel cū amita.
ſic hēt̄ Leui.20.Peccatū ſodomiticū vl̄ cū
ꝑſō ſue ſpēi.Leui.20.Qui dormierit cū ma-
ſculo coytu feminco morte moriat̄. Uel cū
indiuiduo alteri⁹ ſpēi.Un̄ in eodē.Qui cum
iumento uel pecore coierit morte mori -
atur.¶ Itē Exo.22°.Scd̄m hanc g° diuiſio
nē hēs oēs dr̄ias peccatoꝝ que ſm̄ legē pu-
niebant̄ morte.¶ Circa p̄dicta obr̄.Nam in
aliquib⁹ peccatiꝫ vr̄ lex excedē iuſticie ſeueri
tate ut puniat ſup̄ merita: vt in illo cāu de
colligendis lignis in ſabbato.Nume.15.Nā
ſicut ꝑbat ipē dn̄s Math.12°.In cāu neceſ
ſitatiꝫ pōt ſolui ſabbatū ſine peccato.Si g°ali
quis ex neceſſitate collegiſſet ligna i ſabba
to videret̄ puniri ſine peccato.¶ Itē videt̄
in aliqua p̄dictaꝝ legū mors inferri ꝓ peccō
uolūtatiꝫ.cū tn̄ dicat Aug⁹ ſuꝑ illud Ro.3°.
Legē factoꝝ lex ꝓhibet manū nō aium.ergo
punit op⁹:nō voluntatē.qūo g° dr̄.Qui ꝑcuſ
ſerit hoīem volēs occidere moriatur.¶ Itē
vr̄ ipa lex punire q̄tū ad aliqua miti⁹ q̄ꝫ nūc
Nā furtū nō puniebat morte niſi duplici ca
ſu ꝑ iudiciū vt furtū hoīs.vel ꝑ ɔceſſionem
vt furꝫ nocturnū.Exo.22°.Si effringēs fur
domū:⁊ accepto vulnere mortu⁹ fuerit.per
cuſſor nō erit ſanguinis re⁹.ꝙ ſi orto ſole h̄
fecerit homicidiū ꝑpetrauit.nūc xͦo puniū
tur fures morte.ergo ſeuerior ē punitio fur
ti nūc q̄ꝫ tp̄e legis.¶ Itē q̄ iuſticia eſt nunc
vt pro detrimēto pecunie patiatur mortem
⁊ detrimētū vite.cū nullo° ſit cōpabile detri
mentū detrimēto.¶ Itē queritur de ꝑcuſſi
one ſeruoꝝ.Nā dicit lex.ꝙ ſi q̄s ꝑcuſſerit ſer
